ELEGANTIÆ POËTICÆ

IN

Locos Communes Digestæ, & Optimis Auctoribus Collectæ.

OPERA

IOANNIS BLUMERE

LOTHARIGENSIS.

Septimâ hâc Editione multis additionib locupletatæ, & diligenter Revisæ.

Quibus ab incerto Auctore Insignitis

Lusuum Poëticorum Syl

Facta est Accessio.

AD USUM

SCHOLARUM

LONDINI,

Typis *E. C* pro *A. Crook*. Et *Johanne Bak* ad insigne Pavonis in vico vulgò vocato Little Britain. MDC. LXVII.

ELEGANTIÆ
POETICÆ

IN

Locos Communes Digestæ, &
Optimis Auctoribus Collectæ.

OPERA

IOANNIS BUMMERI

LOTHARINGENSIS.

Septima hac Editione multis additionibus
locupletatæ, & diligenter Recognitæ.

Quibus ab incerto Auctore Disposita

Latinum Poeticum Syl-

Tacita ei Accessio.

AD USUM

SCHOLARIUM.

LONDINI.

Typis [illegible]

Anno Salutis. MDCLXVII.

GENEROSISSIMO AC PERILLVSTRI
Domino D. Carolo Henrico Nicolao de Madrucio,
Comiti d'Apa, Bacopi, Beaufremont &c.



TER, Mi Musarum delicie, iterum selecti Hellenis uascuntur flosculi, iterum poëtices violis corolla texitur, sed cui vouenda numinis tuis aris, NOBILISSIME COMES, primum ex iis collectum fasciculum dedicauerim, ea secundum offero gaudet natore paribus, me religio vetat bi feciſſe Iouis. Sed cur Philosophi studioſo & in puluere ac academico desudanti hi lepores & blanditiæ, cui mens ſublimium contemplatione occupata cui palmarum auiditas, cupido triumphorum non potuit malum. Ea enim veluti futurorum præſcius, debita laboribus præmia hoc in manuſcula tradi vi, palmas, triumphos, victorias & omnia omnium palorum trophæa cum eorum apparatu, & nequid ſeuitiæ deſit, Apollinis choros addidi, quos ipſe crudeliſſimum contentor temperaret: in his quidquid plectrum tuum, cuius ſuauitate vnquam animati, illud omne in triumphorum decus aſpirabis ne ſperne depono ad te confugientes laudum tuarum buccinatrices, maius aliquid dicam, a veritate tamen non alienum, ipſius ſapientiæ quam tanto cum amore complecteris germanum, cæleſtem FRANIARVM propaginem ne dedigneris. Illarum honori non parum contuliſti, cum tuis auſpiciis Muſis pontanæ, imò & totius Galliæ iuuentuti flores ex Poëtarum viridariis decerpti, adeò feliciter proſiluerunt, vt vix vnius anni ſpatio ingens omnino voluminum iis referta copia, non ſine legentium commodo in celeberrimas academias fuerit diſtributa. Eaſdem igitur ut ſolet tuo benevolentiæ ſinu rurſus excipiens, hoc enim publicæ vtilitatis, atque honoris ratio poſtulat: ſic Philoſophiam Poëſis recreabit, & Poëſim illuſtrabit Philoſophia, veramque fœcundæ generiſque nobilitas, cui addictiſſimus quod ſis, & deuo conſecrauit.

IOANNES DVMIREL.

A M. MONSIEVR,

LE COMTE D'AVE, BARON DE BEAVFREMONT, &c.

ACROSTICHE DEDICATOIRE.

Ce tableau rechargé de nouuelles peintures
Actif de vous reuoir, & d'eſtre veu de vous,
Quitté le pinceau, s'eſt eſchappé de nous.
Remettant ſon honneur à toutes aduentures,
Lors ie l'enrichiſſois de perles & de fleurs,
Et vouloſt adiouſter la lumiere à l'ombrage
Si le temps n'euſt leué cét imparfait ouurage
Deuant qu'il euſt receu ſes dernieres couleurs.
Encore luy donnay-ie vn rayon d'eſperance,
M'aſſeurant qu'il ſeroit colloqué en bon iour
Auſſi toſt que chez vous il auroit fait ſeiour.
D'autant que luy ſerez Soleil de bien-veillance,
Receuez dont cét œuure, ô bel aſtre des Cieux,
Voyez le s'il vous plaiſt d'vn regard fauorable,
Car il attend de vous ſon luſtre deſirable,
Et s'il à de la grace, il l'aura de vos yeux.

Voſtre tres-humble & obeyſſant ſeruiteur,
IEAN BLVMEREL.

AV MESME.

ANAGRAMME.

CHARLES, HENRY NICOLAS DE MADRVCE.
LE HARDY CHEVALIER, VN SECOND MARS.

MOnſieur iettant les yeux ſur vos puiſſans regards
Sur voſtre port Royal, ſur voſtre façon belle,
Et liſant voſtre nom, ſoudain ie vous appelle.
LE HARDY CHEVALIER, OV BIEN
VN SECOND MARS.

Pierre Colin.

ELEGANTIARVM POETICARVM FLOSCVLI.

AER.

LIQVIDVS, vacuus, nubilus, humidus, mobilis, agitabilis, leuis, pluuius, frigidus, limpidus Ærij tractus, Spirantia ventorum ſpatia. Aeriæ plagæ. Lumen ſpirabile cæli. Aethereæ domus. Caligans nubibus aër. Sine nubibus aër limpidus. Iuppiter horridus auſtris. In nubem cogitur aër. Pluuius aër in ſe colligitur aër. Aëra per vacuum ferri. Rapidum volucres concentibus aëra pulſant.

Synonima. *Aether.*

Arduus, igniſer, vaſtus, purus, rapidus, grauitate carens, conſpicuus, apertus, rubens. Ruit arduus æther. Leuis ac diffuſilis æther. Micat auteus æther. Ruptoque polo micat igneus æther. Solis inalbeſcit radiis argenteus æther. Graues vdo funduntur ab æthere nimbi. Lætiſque dies erat omnibus æthere puro. Stellis micans lucentibus æther.

Aethra.

Aduersa, celſa, ſupera flammans, ignea. Volat æthra ſuus. Iouis ales in æthra. Ignea diſcuſſit rapit nubibus æthra.

Aurae.

Volucres, æthereæ, aëreæ, tenues. Aërias perlabitur auras. In ætherias volucris ſe tollit auras.

Inane.

Vacuum, vaſtum, magnum, nubilum. Vacuum inane volutus. Magni per inania cœli. per inania curru. Ante leui iaculo longum per inane ſequutus.

Iuppiter.

Manet sub Ioue frigido venator. Scopuli sub Ioue pendentes vacuo. Nubes deducunt Iouem. Puro sub ætheris axe demittit vastos oculos lacrymantibus imbres Iuppiter. Fremeret multa cum grandine vernus Iuppiter.

Iuno.

Imbres irata Iunone cadunt.

Vacuū.

Nec in vacuum poterunt se extendere rami.

Purum.

Laxis per purum immissus habenis.

Astra.

Decidit exanimis, vitamq; reliquit in astris.

Nubes.

Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.

Molles sub dio carpere somnos.

Altum.

Ille altum nidis petiere relictis.

ÆTAS.

Velox, fugitiua, volatilis, lubrica, mollis reuolubilis, fragilis. Singula vertēs. In cineres redigens. Omnia fert ætas. Singula rapido cursu conterit ætas. Sola est quæ cuncta rapit. Destruit & dubiæ submittit cuncta ruinæ. Labitur occultè fallitque volatilis ætas. Nostra breuis veloxque ætas & plena laborum.

Synonima. Aeuum.

Annosum, breue, præceps, labile, mutabile, caducum, lamentabile. Angusti terminus æui. Inopsque simul miserabile transigit æuum. Celerique absumit æuo. Nec spes tangit reuolubilis æui. Variusque labor mutabilis æui.

Aetates hominum variæ.

Infantia. Lactans, vagiens, primæua, tenera ætas lactea.

Infans. Flebilis, tenellus, blandus, blandulus, paruus, paruulus. Vix bene natus infās. Maerni lactis egenus. Adhuc vbera fugens. Vix vacuas emissus in luminis auras. Dimidiata loquens verba. Pendens vbera circum. Infirmo poplite nutans. Implens querulis vagitibus auras. Iacens sine viribus infans. Lacte tumentes tenero surgens ore papillas. Teneris meditans verba illuctantia labris.

Pueritia. Rudis, proterua, garrula, imbellis, mollis venusta. Aetas infirma. Mollis & apta regi. Anni molles, pueriles. Mobilis ætas.

Apti moribus anni. Casibus impingens compluribus ætas.

Puer. Mollis, lasciuus, impubes, leuis, decorus, intonsus, pusillus, rudis, incautus. Incautus nimium temerarius annis. Penè puer. Impubes & adhuc non vtilis armis. Cuius lanugine nondũ vernant vultus. Bini nondum egressus confinia lustri. Qui iam fecit reddere voces, & pede certo humum signat. Incipiens soluere ora blæsa rudibus sonis. Addideras annos ad duo lustra duos. Tertius decimo successerat annus. Ad decimum ternos adduxerat annos.

Adolescentia. Feruida, leuis, facilis, grata, amœna, iucunda, Flos ætatis. Vernans ætas. Dum noua lanugo est. Primæ lanuginis anni. Teneræ sub flore iuuentæ. Dum roseis venit vmbra genis. Dum primo opacat flore lanugo genas. Dũ virnat sanguis, dum rugis integer annus. Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est. Iucundum cum ætas florida ver ageret. *Syn. Ephebus.*

Adolescens. Facilis, feruidus, leuis, mutabilis. Monitoribus asper. Primi cui floret temporis ætas. Prima sparsus lanugine malas. Viridique genas spectabilis euo. Agens iã tria lustra puer. Bis octonis integer annis. Ter senos adoleuerat annos. Et suberat flauæ iam noua barba comæ. *Iuuenta*

Iuuentus. Audax, cæca, rudis, prodiga, generosa, pubescens, ingeniosa, actis, fragilis, ardens, alacris, effrænis, mollis, nemorosa. Male circumspecta iuuentus. Tempora verna iuuentæ. Aureæ vitæ tempora. Calido præ sanguine feruens Flos virenti æui. Ventosa leuitate tumens. Impatiens operum. Discedit volucri passu formosa iuuentus. Natura potens flagrante iuuenta. *Quid mollem pateris luxu torpore iuuentã?* Nos fallaci stultam sub amore iuuentam triuimus. Postquã lasciuæ cecidit calor ille iuuẽtę.

Iuuenis. Clarus, nobilis, audax, generosus, ardens, alacris. Medio iam flore vigens. Teneræ vernans iucundo flore iuuentæ. Vigens iuueni-

libus annis. Ætatis flore virens. Prodigus æris. Vtilium tardus prouisor. Cuius luxuriant animi. Validis ardens animis alacrique iuuentâ. Cui nullâ teneri sordent lanugine vultus. Formâ insignis viridique iuuentâ. Decus egregiũ formæ. Primæuo flore iuuentæ insignis. Expertos belli iuuenes, quibus integer æui sanguis ineſt, solidæque suo stant robore vires.

Virilis Ætas. Prouida, solers, cauta, venturi præscia. Aetas matura, strenua, qua non robustior vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat. Aetas inter iuuenemque senemque. Vbi iam firmata virum te fecerit ætas. Robustis adolescens viribus ætas.

Vir. Strenuus, durus, rigidus, dirus, humanus, intrepidus. Superis æquandus. Celsus honore. Acrior ad pugnam. Viribus audax. Mobilitate vigens. Caput altum in prælia tollens. Animumque gerens curamque virilem. Me strenua sustinet ætas. Posito feruore iuuentæ maturus. Temperie medius. Qui emeritis medii quoque temporis annis labitur occiduæ per iter decliue senectæ.

Senium. Senecta *Senectus.* Grauis, tristis, canens, tarda, annosa, rugosa, tremula, tremebũda, frigida, venerãda, emerita, tetrica. Longæ tædia vitæ. Sera & sapientior ætas. Debilitans animi vires mutansque vigorem. Canâ niue tempora spargẽs. Teneti innixa bacillo Canis rugosa capillis. Tremulo gradu venit ægra senectus. Tarda gelu seclisq; effœta senectus. Turda senectus inducit rugas, frontẽ rugis exarat, perfulcat rugis genas, inficit atque comas. Tarda situ robusque exhausta senectus. Inuicensque manus formæ dãnosa senectus. Venit properata malis inopina senectus. Non veniens tardo curua senecta pede. Subeunt morbi tristisque senectus & labor. Strepitum passu non faciente venit Quantis lõga senectus plena malis deforme & tetrũque sui deformẽ ante omnia vultũ, dissimilem

pro cute pellem, pendentesque genas præfert. *Vetulus senex.* Anhelus, exhaustus, exanguis, infirmus, tremulus, effœtus, tardus, imbellis, fœtidus, crepitus, morosus, diuturnos. Fessus tardusque annis. Inutilis armis. Longis consumptus ab annis. Cana niue tempora sparsus. Iam propior letho. Tardus grauitate senili. Morbo grauis aut iã segnior annis. Aeui maturus. Annis grauis atq; animi maturus, Aeuo cõfectus. Fessus ætate parẽ & Obsitus æuo. Aeuo macies; senescit. Senio iã fessus inerti. Mihi canities pulsis melioribus annis venerat, Antiquas miscueratque comas. Cum mea rugosã pallebunt ora senectã. Senex cui cana, putrisq, stat comas & in pectus sordida barba cadit: In rugas totus defluxit anilas. Facies multo splendeat alba pilo. Rugaque in antiquã fronte senilis erat. Iam venient cani formose capilli & venient rugæ quæ tibi corpus arent. Quam cito (me miserũ) laxantur corpora rugis, & perit in nitido qui fuit ore color! Nondum cani nigros læsere capillos. Gelidus tardante senecta sanguĩ habet, fingentque effœtæ in corpore vires. Hic mẽ ris & mole valens, sed tardã trementi genua labant vastos quatit æger anhelitus artus. Mihi tarda gelu seclisque effæta senectus. Iamque æuo lassata cutis sulcisque genarum corruerat passa facies rugosior vua. *Decrepitus.* Longæque extrema senectæ tempora. Premeret cum setior ætas. V. Senex & Senectus.

Ætas aurea & eius descriptio.

Cum sua regna senex cælis Saturnus haberet, omne lucum tenebris alta premebat humus: & meliora dabat, cæruo sine vomere fruges, pomaq; & in quercu mella reperta caua: nec validoquisquam terram scindebat aratro, signabat nullo vomere fossor humum. Non freta dimissi verrebant eruta remi, vltima mortali tum via littus erat. Ante Iouẽ nulli subigebant arua

coloni, ante nec hirsuti torrebant farta coloni, nec totum terris area nomen erat. Quam bene Saturno viuebant rege priusquam tellus in lõgas est patefacta vias, nondum cæruleas pinus contẽpserat vndas, effusum ventis prębuera q̃ sinum: nec vagus ignotis repetens compendia terris presserat & terna nauita mercetatẽ. Ante Iouem nulli subigebãt arua coloni, nec signare quidem & partiri limite campum fas erat, in medium quærebant, ipsaque tellus omnia liberius nullo poscẽte ferebat. Aurea prima sata est ætas quæ vindice nullo spõte sua sine lege fidẽ, rectumq; colebat, pœna metusque aberant nec vincla minacia colloęre ligabãtur, nec supplex turba timebat iudicis ora sui, sederãt sine iudice tuti: nondũ cæsa suis peregrinum vt viseret orbẽ montibus in liquidas pinus descenderat vndas, nullaq; mortales præter sua littora norãt. nondum præcipites cingebant oppida fossæ, &c. V. descriptionem ætatis argenteæ & ferreæ apud Ouid. 1. Metam.

AFFLIGERE FT AFFLICTVS.

Fatis, torquere cruentis. Casibus insontem vexauit iniquis. Insontem oppressit fatorũ mole. Cladibus innumeris miserum vexauit. Patet ergo procaces casibus assiduis fregitque, & robore fracto ante diẽ tremulâ succidit fila senectâ. Vix tandem morbis vexati, erroribus acti, omnibus exhaustis prope cladibus, omniũ egeni agnouere Deum. Omnibus mersus malis. Agitatus multis terrâque marique periclis. Terris iactatus & alto. Obrutus innumeris curarum fluctibus. Indomitos animos, & corda superba cladibus affligit. Perpetuis tabentia curis pectora nostra vides.

AGER.

Fertilis, pinguis, frugifer, copiosus, ferax, amœnus, cultus, angustus, sterilis, Reddens fata læta, Gramen habens. Oneratus messibus ager. Fruges multo cum fœnore reddens. Renouatus aratro. Vestitus messibus ager. Age

messes fert pinguis opimas. Virides nam suggeret herbas mollis ager. Præbens poma benignus ager. Qui rigidi versatur vomeris ictu. Præcipitante fuga per apertos euolat agros.

Patens, apertus, herbidus, vber, lætus, vastus, felix, gramineus, optimus, spatiosus. Frequens herbis & fertilis vbere campus. Flauescens frugibus & spicis. Præpingues vbere campos. Veris gramine campi. Segnem patiere situ durescere campum. Luditherboso pecus omne cãpo. Florentes campos riguus perlabitur amnis. Conspicit in planos hostem descendere campos. Vernantes Cereali gramine campi. Planus erat lateque patens prope mœnia campus, assiduis pulsatus equis, vbi turba rotarum duraq; mollierat subiectas vngula glebas. Liber arboribus locus est apta area pugnæ. *Campus.*

Cereale, flauens, frugiferum, dumosum, fœcundum, fœtum, odoriferum, roscidum, rurale, ferax, limosum. Fœcunda suis pubescunt frugibus arua. Riguisque Ceres adolescit in aruis. Flauentia messibus arua. Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis. Tumulenta cohors cerealibus incubat aruis. Diffugiũt actæ spatiosa per aruacateruæ. Herbiferis ẽperquirit in aruis *Arua.*

Florida, pinguia, culta, aprica, herbida, herbosa. Frondosi montes herbosaque iugera. Pinguia curuo iugera scindebat aratro. Dumosaque iugera tauri proscindunt. *Iugera.*

Sitiens, putre, humidum, madidum, saxosum, viresçens. Nimboque rigant sola putria nimbo. Culti iugera lata soli. Quæq, herba solo florẽ, vireſcit. Ne saturare fimo pinguipudeat sola. *Solum.*

Fortunate senex ergo tua rura manebunt & tibi magna satis, *Rura.*

Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ. *Terra.*

ALTVS.

Quæmediis rupes caput audax nubibus infert, *Celsus.*
Depressũ quæ celsa nemus supereminet arbor. *Excelsus.*
Nubibus insertans altis caput. Superans cacu- *Præcelsus.*

Elatus. Arduus. Sūmus. Procerus. Aërius. Supremus. Sublimis.

mine montes. Æquataque machina cœlo. Vertice ad auras aëria tendit. Cunctis altior ibat Anchises. Stabat acuta silex altissima visu. Turres ac tecta Latini arduæ cernebant iuvenes. Aërij cursu petit arduæ montis. Vna in præcelsa consedit rupe Celæno. At procul excelso miratus vertice montis Celsa sedet Aeolus arce. Gominique minantur in cælum scopuli. Regia solis erat sublimibus alta columnis. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis. Qualem cum vertice celso Aëriæ quercus. Mons tibi verticibus petit arduus astra duobus nomine Parnassus, superatque cacumine nubes. Turris erat vasto suspectu. Vrbi erat in summo nubibus æqua iugo. Sublimique minans irrumpit in æthera tecto. Mons erat audaci seductus in æthera dorso.

AMARE.

Diligere. Ardere Vrere. Amore incendi. Deperire.

Spirare in pectore amorem. Indulgere furori. Pallaci succumbere amori. Sentire Cupidinis arcus. Accipere sub ossibus ignem. Contingere pectore flammas. Magnum qui versat in ossibus ignem. Novas assumere flammas. Flammam colligere. Succendi Cupidine. Rapi, corripi imagine formæ. Incalescere flammâ, igne. Turbatus amore. Attenuatus amor. Stimulis agitatus amoris. Trahere per ossa furorem. Victus amore. Ignes in pectore crescunt. Ingenti correptus amore. Animus toto percepit pectore flammam. Ardet amans Dido traxitque per ossa furorem. Chare mihi an e alios. Illum turbat amor, figitque in virgine vultus. Tacitum nutrit sub pectore vulnus: Mea pectora mordet amor. Flammis ardentibus vri, torqueri. Percipere totis ossibus ignes. Blanda Venus stimulat præcordia. In molli pectore fœgrat amor. Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ, & mala radices altior arbor agit.

Amore incendere. Mentemque accendit amore. Spinosas Erycina feræ, in pectore curat. Pectus amore sauciare, vulnerare. Cæcũ infigere vul-

nus amoris. Occultum inspires ignem fallasq; veneno. Atque ossibus implicet ignem.

Amabilis.

Dignus amore puer. Multo dignādus amore. Qui sibi conciliat mentes. Qui pectora mulcet. Deliniens animos. Qui fróte est & mente benigna. Qui ad se allicit omnes. Cuius oculi, aspirant amorem. Oculis qui spirat amorem. Cuius oculi sunt in amore duces. Oculus rideus iaculatur amores. *Iucundus.*

Amator.

Sibi somnia fingens. Quem fu.or exercet noctesq ue dieſque. Cui sunt gaudia grata, cui dolorque frequens. Quem molliter vrit amor. Senciens gratam sub pectore flammam. Cuius ossibus tacitus ignis gliscit. Miles modo factus amori. Quem durus amor crudeli tabe peremit. *Gratur.*

Blādus, miser, dubius. Turba temeraria. Turba luxuriosa. Difficilis blandis nesciit esse procis. Procis tot me Galatea misellum præferat. Multorum frustra votis operata procorum. Mille procos habuit bis septem nubilis annis. *Amator*

Amica.

Turpis, fallax, culta, leuis, dura, blāda, mollis. Quæ mouet ardores. Leuior foliis auráque incertior. Blandis verbis animos mulcens. Quæ incautos didicit fallere amantes. Verbis, sonis, blandiloquis docta mouere. Flexanimis mulcēs verbis. V. meretrix. *Procus.*

Amicus.

Fidus, charus, dulcis, suauis, candidus, vnanimis, officiosus, fortis, cognitus, placidus, mitis. Non dubitatus. Iūctus amicitiā. Pars animi Fidissima pectora. Cognata pectora. Cuius fida pectora iūxit amor. Anchora fida fortunę. Lōgo cognitus vsu. Hærens pectoribus. Æternum qui seruat amorem. Comes & veri non dissimulator amoris. Lōgo deuinctus amore. Ducis remanet qui rebus amicus. O penitus toto corde recepte mihi. O & præsidium & dulce decus meum. Animæ dimidium meæ. Animæ pars melior, *Amans.*

Mihi certo fœdere iunctus. Tu comes antiquus, tu primis iunctus ab annis ingenio mores æquparãte places. Pene puer puero iunctus amicitia. Non mihi quam fratri, frater amate mihi. Te vocat. Aegiden Eurytumque suum. Magno est mihi iunctus amore. O nobis vsu iunctissime longo. Pars desiderii maxima pene mei. vsu amicitiæ tecum mihi magnus. Coniunctior ille nemo mihi est. Fuerim quamuis modico tibi iunctus ab vsu. Mihi natus amicus. Cùlte mihi supremũ vitæ tẽpus ad vsque meæ. Ille est primis cultus ab annis. Vestra domus teneris mihi semper ab annis culta. O mihi non dubios inter memorande sodales. O mihi chare quidẽ semper, sed tempore duro cognite, res postquam procubuere meæ. O mihi dilectos inter sors prima sodales vnica fortunis ara reperta meis. O mihi nõ dubia cognite fide. Plena fuit vobis omni concordia vita & stetit ad finem longa tenaxque fides. Nullus disiunget amores, ibimus vna ambo flentes, & passibus, iisdem ibimus æterno connexi fœdere.

Amor legitimus.

Necessitudo. Sincerus, verus, castus, fidus, tenax, socialis, gratus, purus. Vincula amoris. Legitimo fœdere iunctus amor. His amor vnus erat. Pax fuit his ætas & amor. Casto mentem deuinctus amore. Concors pietas, nèc dubitatus amor.

Amicitia. Suãuis, dulcis, solida, chara. Nomen amicitiæ. Fœdus amicitiæ. Vsus amicitiæ vinclis & fœdere certo. Hic tener, hæc viridi concordia cepta iuuenta venis ad albentes illabefacta comas. Te mouit amicitiæ constantia longæ, ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit. Pronus amicitias amplectere, quas tibi virtus conciliat, pietesque cole, hoc da nate roganti, rebus in humanis nil dulcius experiére, alterno cõiuncta fido pectore amici.

Amor lascivus.

Cupido. Ardor. Cæcus, occultus, vesanus, turpis, vilis, luxuriosus, ignifer, malesuadus, spurcus, melli-

tus, flammeus, genialis. Cœci Cupidinis ignes. Pax pectoris. Pectoris æstus. Tela Cupidinis. Leuibus tangens præcordia flammis. Tristia corda fatigans. Non vllis medicabilis herbis. Lasciuus amor rixæ mala verba ministrans. Flameus accensis ignibus ardet amor. Est mollis flamma medullas. Agnosco veteris vestigia flammæ. At regina graui iamdudū saucia cura vulnus alit venis & cæco carpitur igni. Nulla sede manēs mobilis errat amor. Cujus pulsatur delitiosus amor. Improbe amor quid non mortalia pectora cogis? Acer in extremis ossibus hæret amor. Ad mala perstat amor. Ferus pectora versat amor. Notaque purpureus tela resumit amor. Diuitiis alitur luxuriosus amor. Tum Venus & calidi scintillat feruor amoris. Nostra cupidineus pectora torquet amor. Sceptrifer in nostro pectore regnat amor. Pectore toto vritur, & sterilem sperādo nutrit amorem. Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque, & genus æquoreum, pecudes pictæque volucres in furias ignemq; ruunt, amor omnibus idem. Vt intabescere flauæ igne leui ceræ matutinæq; pruinæ, Sole tepente solent: sic attenuatus amore liquitur, & tecto paulatim carpitur igni. Flammā propiore calescis, nō aliter quam cum summis circumlita tædis, admotas rapiunt viuacia sulphura flāmas. Vror vt inducto ceratæ sulphure tædæ. Non secus exarsit conspecta virgine Tereus, quam si quis canis ignem supponat aristis. Me calor Aetnæo non minor igne tenet. Artibus innumeris mens oppugnatur amantum: vt lapis æquoreis vndique pulsus aquis. Ignis vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore. Vror vt indomitis ignem exercentibus Euris, fertilis accensis messibus ardet ager. Et mollis flamma medullas interea, & tacitum nutrit sub pectore vulnus. Vritur infelix. Dido totaq; vagatur vrbe furēs, qualis con-

Flamma
Calor.
Ignis.
Libido.
Æstus.
Incēdia.
Furor.
Venus.

iecta cerua sagitta, quam procul incautam nō mordaintes. Cressia fixit pastor agens telis, liquitque volatile ferrum nescius: illa fuga syluas saltusque peragrat. Dictæos, hæret lateri lethalis arundo. Vt solet à ventis alimenta resumere quæque parua sub inducta latuit scintilla fauilla crescere, & in veteres agitata resurgere vires, sic ram lenis amor, ram quem languere putares, vt vidit iuuenem, specie præsentis inarsit. Ille repentè accepit solitum damnum notusque medullas intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit, non secus atque olim coniuru cum rupta corusco ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Vt penè extinctum cinerem si sulphure tangas viuet & ex minimo maximꝰ ignis erit, sic nisi vitaris quicquid reuocabit amorem, flāma reardescet quæ modo nulla fuit. *Amori resistere.*

Excutere ignes. Excutere flammas. Excutere amores. Abrūpere flammas Extinguere, sedare incendia. Cōpescere amores. Attenuare subducere amores. Frænare Cupidinis æstus. Aestus compressit amoris. Est omni parte fugandus amor.

AMPLECTI.

Dare, supponere brachia collo. Ire in amplexus. Captare colla lacertis. Dare complexus. Iungere complexus. Niueis dare colla lacertis. Colla lacertis premere. Hærere collo. Complexu cingere. Auidis amplexibus hærent. Toto pectore natis admouet amplexus. Te tenet, amplexu perfruiturque tuo. Ter conatus ibi collo dare brachia circum Optatos dedit amplexus. Implicuit matertno brachia collo Trepidæ matres prefferе ad pectora paros. Dum te charo meo fera & sola voluptas complexu meo. Semiammemque sinu germanam amplexa tenebat. In tua si veniant alieni colla lacerti. Hic alacer colla amplexu materna petebat. Cum dabit amplexus atque oscula dulcia natus. Strictis manuum compagibus hærent. In

amplexus vxor iuxta viri. Non sic appositis vincitur viribus vlmus, vt tua sunt colla brachia victa meo. Non ego captaui breuibus tua colla lacertis. Circumplicatos ambiens truncos smilax. Arctus atque edera procera adstringitur ilex lentis adhærens brachiis. Vt arctas edera hæc & hæc arborem implicat errans, sic mea bracchia nectunt. Colluque pependit: sic edera erranci truncum circundare lapsa ambitiosa solet, sic vlmum ambire tenaci clauiculo vitis. Vt solet implicitis truncum circumdare ramis hac illac vlmique sequens lababat per auras, flexilis adrepit stabili coniuncta matrico vitis. *Amplexus.*

Mollis, dulcis, suauis, blandus, placidus, tenax, iucundus, mutuus, iugalis. Quis te nostris complexibus arcet. Da iungere dextram, da genitor teque amplexu ne subtrahe nostro. Non ego nunc dulci amplexu dine lleret vnquam gnate tuo. Amplexus nati Cytherea petebat. Qui natam possis complexu auellere matris. Ille tibi complexu heneæ colloque pependit.

ANGELVS.

Velox, celer, aëripes, ætherius, pennipotens, *Ales.*
cælestis, alipes, purus, nitidus. Aulæ stellantis *Aliger.*
nuncius. Cælestis nuncius aulæ. Qui pia iussa *Nuncius.*
Dei rite ministet agit. Cæli vernantis alumnus. *ejus.*
Nitidus de fratribus vnus. Pennatus puer. Cæli demissus ab arce. Celer stellata in veste minister. Pars militiæ fortissima nostræ. Aequatis volucer pulcherrimus alis. Volucer demissus ab æthere præco. Aliger æthereâ de sede nitecibus alis. Pennipotens iuuenis. Aliger effulgens cæli de sede serena. Penniger intonsa signans puer ora iuuenca. Qui crispati gladio mecum dus primos eiecit parentes Edenois ab agris. Qui flammeum crispans ladium. Edeneos custodit hortos. Syderea missus tibi nuncius arce. Ales iuuenis cælo demissus ab alto. Visus cælo descendere aperto nuncius. Puer actus ab æthere

præpes, pulcher adest. Ecce autem effulgens subitò delapsus ab axe stelligero pictis iuxta puer astitit alis. Celer aërio labens per nubila cursu nuncius. Nuncius aëripes Nazareth atua petit, Dixerat & velox iam nuncius arma tenebat. Aliger interea raptim stridentia findit ventorum spatia & rapidis adremigat alis. Aquilæ similis quæ sydereos sequitur tractus, lateque per auras euolat. Ponto se corpore præpes mittit aui similis, quæ circum littora, circũ piscosos scopulos humilis volat, æquora iuxta. Finierat pater ore loqui cum nuncius albis aëra scindebat pennis, & remige dextro francigenis illapsus agris mandata. Tonantis portat, & auratam per ventilat aëre flammam.

Angelus custos. Fidus nobis comes. Cui custodia credita nostri. Nobis qui datus hæret iam vitæ à limine custos. Qui nostræ salutivigil excubat. Cui tartareos à nobis procul auertere manes cura est.

Angelus Michaël. Fortis, potens, validus. Cælestes qui ducit in arma phalanges. Dux Angelicæ fortissimus aulæ. Qui cælestibus fulminat armis. Qui posuit Gargani in vertice sedem. Qui reluctantem Draconem impegit auerno, & rebelles demisit in vmbras. Qui manu vltrice fulmẽ caducũ vibrat in fontes. Michaël humero supereminet omnes fidereo flagrans clypeo & cælestibus armis. Qui gladium dextrâ crispante rotat aut flagrantes sacri alas coruscat ignis. Cuius in læua manu examinatis libra momentis nutat alterna qua pensatur humanum scelus geminâ repostum lance.

Angelus Raphaël. Fidus Tobiæ comes qui quondam descendit Olympo & Tobiam per varios casus patrias reduxit in ædes. Cuius ductu Tobias tot potuit fortunæ euoluere casus. Qui Tobiæ comitatus per longos terrarum tractus patrias reduxit ad ædes.

Angelus Gabriël. Venustus, candidus, roseus,

pulcher. Forma ante alios pulcherrimus omnes.
Qui lilia dextra prægestat. Aliger æthereę lõgè
pulcherrimus aulæ. Lilia cana manu gestans.
Salutis humanæ nũcius. Cæli iuuenũ pulcher-
rime præpes, quẽ pater æternus tãto est dignã-
tus honore, vt fieret salutis humanæ sequester.
Angelicus cœtus. Aligeræ mẽtes, agmina casta
Felix volutile genus. Cœlestes famuli. Tenues
sine corpore vitæ. Volucres sine corpore mẽtes.
Sydereæ mentes. Aëtherei gẽs incola cæli. Sine
pondere turba. Inde plus Phœbo roseo micãtes
cælitum turmæ. Cæliuagi iuuenes sanctiq; vo-
lucres. Sancti volucres noua gens radiantis
Olympi, qui cæli supera alta colũt. Gẽs æthere
nata. Pẽnatæ acies, volucres pueri cæliq; estiua
iuuentus. Cælitum casto numine plena cohors.
Turba ministra hominum, turba ministra Dei.
Aligeri munia sancta chori. Innumeri iuuenes
lucentibus alis. Custodes hominũ casti. Iuue-
nes corpus velati præpete penna. Aligerũ tur-
mæ rutilãtibus alis. Aligeri iuuenes ardore co-
fusci. Manus aligerũ cœlo demissa. Aligeri iu-
uenes gens incola cæli missi aderant, liquidum
pendentes aëra circum. Et iam pennipotẽs li-
quidis exercitus ibat tractib⁹, ac volucri cinge-
bant agmine cælum. Alituum cælestũ acies gẽs
æthere nata. Plumipedesque acies. Cælicolæ
assistunt proceres: cœtusque micantes Angelici
Christo famulantur ritè ministri. Video mediũ
discedere cælũ pennatasq; acies populos felicis
Olympi, exultare polo superumq; applaudere
Regi. Ætherei ciues croceũ stipantur in orbẽ,
& circumfuso Triadem splendore coronant.
Volat æthere toto cælicolum glomerata ma-
nus, pars igne coruſco tota rubens, pars stelli-
feris innixa coronis. Cælituum glomerata
phalanx caua nubila pennis plaudit. Non secus
ac glomerantur aues, quas frigidus annus trans
Pontum fugat & terris immittit apricis.

ANIMA.

Animæ. Vivax, immortalis, diuina, cœlestis, vaga, velox, æthera. Spiramenta animæ. Vitæ spiracula nostræ. Per totum, dedita corpus. Quæ vegerat artus. Quæ totos infusa per artus humanum corpus agitat. Diuinæ particula aurę. Fons vitæ & spirantis origo. Toto quæ corpore vitam ventilat, membrisque vigorem infundit. Spiritus intus alens corpus. Per membra diffusus. Nescia fati. Non sentiens damna sepulchri. Mens diuinitus orta, quæ manet immixti non peritura nece. Egregias effant animæ lethoque feruntur.

Vita.

Spiritus

Mens. Cupida, multiuaga, solers, memor, candida, mens integra veri. Mens radio cæli lucens. Nec potis est dulces. Musarum expromere fontes mens animi, tantis fluctuat illa malis.

Animat.

Animos hortantibus implet. Stimulos sub pectore versat. Animo vim incutit. Calcaria admouit. Illę parentes incendit virtute animos. Attollitque animos hortando. His acuit stimulis subicitque haud mollia dicta. Incendit animum dictis atque aggerat iras. Solus hic inflexit sensus, animũq; labantẽ impulit. Si nulla accendit tantarum glotia rerũ. Stimuloq; frementi adiiciunt. Rutulos animis audacibus implet. Turnus in arma viros armis circũdat, ipse suscitat. Nunc prece nunc dictis virtutem accẽdit amarã. Inualidus vires ipse excitat. Qualiter Elea captans compendia meræ exhortatur equos, promusq; in verbera pendet, non aliter stimulos dictis sub pectore versat. *Animus.*

Mens. Sagax, solers, memor, volucer. Nũc si cui virtus animusq; in pectore præsens adsit. Reuocate animos moestumque timorem mittite. Ipse

Vires. dolor vires animo dabat. In curas animus deducitur omnes. Spemque dedit dubiæ menti. Post vbi collectum robur vireſque receptæ. Tũ pudor incendit vires & conscia virtus. Mars armipotens animum viresque Latinis addidit.

Cauda virum foue, hortando, reuocatque vigorem. Viribus assumptis pergemus pectore forti. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. *Vigor. Pectus. Virtus.*

ANIMAL.

Vile, fœdum, vagum, turpe, errans in montibus altis. Errans per incultos campos per virideſque nemoſſas. Quotquot animalia carpit vitales auras, & quæ frondoſis celant catulos animalia ſyluis; & qui ſquammigeri per ſtagna liquentia cluies dolent extrema roſtri veſtigia cauda, quæque per aërios tractus trepidantibus alis penigeræ labantur aues, quæque agmine longo mille voluminibus per humum voluuntur. Cæteradiuerſis tellus animalia formis, ſponte ſua peperit. Sic vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alueo, æthereoque recens exarſit ſidere limus plurima culcorea verſis animalia glebis inuenit, & in his quædam modo nata ſub ipſum naſcendi ſpacium, quæ iam imperfecta, ſuiſque truncа vidit humeris, & eodem in corpore ſæpe altera pars viuit, rudis eſt pars altera tellus. *Brutum.*

Montiuagum, ſpumans, toruum, validum. Vltra in ſylua reboant armenta. Ruminat opimas armentum diſcolor herbas. Paſcuntur virides armenta per agros. Lanigeroſque greges armentaque bucera pauit. *Armentum.*

Molle, pingue, pauidum, cornigerum, laſciuum, fordidum, grauidum. Mutum & turpe pecus. Lanigerumque pecus ruricolæ quæ boues. Petulans fœdumque pecus. In gurgite tandem ſordidulum lauere pecus. *Pecus.*

Feræ, immanes, feroces, hirſutæ, ſoliuagæ, vagantes, indomitæ, minaces. Paſſim per opaca vagantes luſtra. Contra teli furentes. Pernantes deuia luſtra. Canum latratibus acta Sylua aque montanas occulit acta feras. Rabiemque frementes depoſuere feræ. Soliuagis vmbroſa feris habitacula quondam. *Feræ. Beſtiæ. Belluæ.*

Lanigeræ, fœcundæ, mutæ auidæ. Perſultant *Pecudes*

pecudes passimque vagantur per campos. Hic mihi, fœcundæ pecudes, hic pascua læta. Lanigeras claudit pecudes atque vbere pressat. Lanigeræ pecudes persultant pabula læta.

ANNVS.

Fugax, fugiēs, volucer, volubilis, velox, celer, profugus, recurrēs, vag', variabilis. Annua mora. Omnia consumens. Cadit infelix quo variabilis annus, ipse tamen redit in gyrū viresque resumit impiger, æterno sēper remeabilis ortu. Celer admissis labitur ann' equis, In se sua per vestigia volvitur annus. Intereà magnū sol circum voluitur annum. Volubilis anni tempora. Tempora labuntur tacitisq; senescimus annis. Heu heu fugaces. Posthume, labuntur anni. Spinat florifer annus odores. Fatales properant anni. Annuus exactis cōpletur mensibus orbis.

Anni vnius periphrasis.

Emeritis ibat cursibus annus. Signa Deus bis sex acto lustrauerat anno. Cum Sol duodena peregit signa. Annua nos illic tenuit mora. Hic mihi labentis pars anni magna peracta est.

Vt patriâ careo bis frugibus area trita est, disiliit nudo pressa bis vna pede. Hic tibi bisque ætas bisque cucurrit hyems. Bis Sol duodena peregit signa. Bis me Sol adiit gelidæ post frigora brumæ, bisque suum tacto pisce peregit iter. Signa renascebat bis Sol sua tertius ibat annus.

Vt sumus in Ponto ter frigore constitit Ister facta est Euxini dura ter vnda maris. Tertius exactis completur mensibus annus. Tertius æquoreis inclusum piscibus annum finierat Titan. Tertia dum Latio regnantem viderit æstas, ternaque transierint Rutulis hyberna subactis. Tertia iam falce decubuit Ceres. Bruma ter posuit niues.

4.

Vt careo vobis Scythicas detrusus in oras, quatuor Autūnos Pleïas orta facit. Quarta re-

dituris hæc iam messoribus æstas, & toties cano bruma gelu riguit, Vt me Pontus habet quater arua colonus aristis nudauit, quater est falce resecta Ceres. 5.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est, iam tempus lustri transit in alterius Quinque per Autumnos repetitis duxerat annis signa Deus. 6.

Me iam Care niuali sexta relegatum bruma sub axe videt. Bis tertia ducitur æstas. Sex mihi natales ierant. 7.

Iam septima vertitur æstas. Per mare, per terras septima iactat hyems. Nam te iam septima iactat hyems. Nam te iam septima portat omnibus errantem terris & fluctibus æstas. 8.

Iam mihi post lustrum tertia messis erat Iamque octaua mihi reuolutis mensibus æstas ibat, & octauis æuum florebat aristis. In se se octauus reuoluitur annus. 9.

Annus & nouum iam sol confecerat orbem, Nouum Phœbus lustrauerat orbē. Iam nouies emensus iter cælestia Phœbus transierat signa & cursu lustrarat anhelo. Phœbus inexhaustis nouum confecerat orbem curſibus, obliquo lustrans cælestia cursu signa. 10.

Decimum modo cœperat annum excessisse puer. In decimum vestigia retulit annū. Hinc fere tracto duo per quinquennia bello Iactatus dubio per duo lustra mari. 11.

Iamque vnus lustris gēminis accesserat annus Alter post decimum iam cœperat ire annus, Vndecimus postquam sol circum voluitur orbem. Vndecimum agglomerat reuolutis mensibus annum Phœbus. Vndecimi metam iam circumflexerat anni ignipedum. Phaëton moderator equorum. Vndecimam Ceres segetem messuit. 12.

Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus. Addiderant annos ad duo lustra duos. Bis

senis messibus peractis. Iam Solis habenæ bis senas torquent hyemes, veruicibus ex quo hæret triste iugum. 13.

Tertius ad decimum successerat annus.

Tertius à decimo glomeratis orbibus annus labitur. 14.

Bis septem floruit annos. Iam bis septenis præpes inceperat anno. Iam post lustra duo quartus mihi labitur annus. 15.

Arcas adest ter quinque ferens natalibus annos Bis octonis nondum præditus annis. 16.

Namque ter ad quinos vnum Cephisius annos addiderat. Bis adhuc octonis integer annus. 17. 18. 19.

Bina trina, quarta tribus lustris addita messis erat. Ter senos aduoluerat annos. 20

Iamque decem vitæ frater geminauerat annos. Occidit & misero steterat vigesimus annus. 30.

Tecũ ter denas numerauī Posthume brumas Triginta magnos volvendis mensibus orbes Frigida ter decies nudatum frondibus æuum tendit hyems vestire gelu, totiesque soluti. Ver niuibus viridem monti reparauit amictum ex quo, &c. 40.

Iam quater in se decimi rediere labores solis. Iam quater in decimum sol se conuoluerat orbem. 50.

Iamque mihi lustris bis quinque peractis, Iam lustra decem sol confecerat. 100.

Titan fœcundus centum renouauerat annos. Si numero non fallor, ait centesima cursu bruma. 200. 300.

Vixi annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas. Hic iam tercentum totos regnabitur annos gente sub Hectorea. 1000.

Sol emensus erat mille sæcula cursu. Iam Sol millesimum rapidus glomerauerat orbem.

Anni finitio.

Innumerabiles annorum series. Annus remeansque meansque. Sed iam deficiunt numeri frustraque fatigat lingua sonos, nec iam dictis euoluere fas est annorum seriem, iam conturbata perantur millia iam nullo tempus numerabile seclo. Secula sic centum viuat, sic secula mille, dein vsque altera mille, dein cum secula centum vixerit & multis cumularit millibus annos, æthereas tandem felix ascendat in arces. Innumera æterno voluentur secula lapsu. Qualis cæruleum serpens reuolutus in orbem principio finem annectit, sic voluitur annus, in seque redit semperque volumine eodem, it, redit agglomerans sinuosis orbibus orbes, colligit anfractus varios mutabilis æui.

Anni tempestates.

Ver. Latum, blandum, tepidum, placidum, imbriferum floriferum redolens, floricomum, spirans, iucundum, suaue, redolens, serenum. Cinxit flore tempora coronâ. Decoram floribus arua nouis. Nectens vario de flore coronas. Nouis dans pomordia rebus. Reducens orbi flores rosasque puellas. Vario depingens flore solũ. Ver agrũ gemmis nitidum stellantibus ornans. Explicãs viridantes florum gemmas. Conspergens gemmas viridantia parata colere. Cœlum mulcens hyemisque resoluens frigora. Indulgentia veris Flore solum vario depingit odoriferum ver Frigoribus pulsis nitidum ver æ: hera mulcet. Vere nouo lætis decorantur floribus arua.

Vere tempore. Cum lætis decorantur floribus arua. Cum trudit gemmas & frondes explicat arbos, cum tenero cespite terra viret. Cum neque iam stabulis gaudet pecus. Cum redeunt frondes arboribus & gramina campis, & cum gremium lætis frugibus ornat ager. Cũ se tellus vestit cespite læto, induit vmbrosas arbor & alta comas. Cum tellus vernat gramine molli, arbor & vmbrosas explicat alta comas. Cũ se

tellus fœcundo gramine vestit. Vere nouo cũ iam tinnire volucres incipient, nidosque reuersa lutabit hirundo. Vere autem cum priscus honos hortis venit, & cum garrula limo suas sedes molitur hirundo. Cum noua gemma tumet grauido de palmite. Quando vernantia surgunt lilia. Cum volucres tepidum concentibus aëra pulsant. Cum omnis in herbas turget humus. Cum in flores protuberat arbor. Cum prima nouis adolescit frondibus ætas Gelidus canis cũ montibus honor liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit. Candidus auratis aperit cũ cornibus annum Taurus, & aduerso cedens cancer occidit astro. Cum varios hinc atque hinc flumina circum fundit humus flores. Cum se purpureo vere remittit humus. Cum vere rubens candida venit auis longis inuisa colubris. Cum vario rident cespite montes. Horrentẽ Zephyris laxauerat annum Phœbus, & angustũ cogebat limite verno longius ire diem. Ver erat æternum, placidique tepentibus auris mulcebant Zephyri natos sine semine flores. Vere nouo vestitur humus, vestitur & arbos, rident agri, tũ herba recens & robotis expers turget, & insolita est & spe delectat agrestes. Arboribus riden deronsæ frigore frondes, viuidaque in grauido palmite gemma tumet. Quæq; diu latuit, nunquam se tollat in auras fertilis occultas inuenit herba vias. Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt. Nunc tumido gemmas cortice palmes agit. Quot noua terra parit flores cum vere tepenti vitis agit gemmas pigraq; fugit hyems. Vere fruor semper, nitidissimus annus: arbor habet frondes pabula semper humus.

Vernum æquinoctium. Blandi cum nuncia veris hirundo admonet æquales cum lucib⁹ esse vmbras. Nãque ibi perpetuo cũ sit nox æqua die, Omnibus æquales faciat cum luce tenebras. Cum hic æqua dies sẽper cum nocte recurrat. Quæ mora metitur luces, metitur & vmbras, &

lux bis senis totidem nox claudit ortis.

Æstas. Torrida, frondosa, feruēs, calida, nuda, formosa, frugifera, ficca, sitiens, incaniens, atrox, puluerulenta, florens, ignea, serens, flāmea, formosa messibus æstas. Spicea serta gerens. Arboribus florens renitentibus æstas. Vestiens agros culmis Cerealibus æstas. Calidissima solibus æstas. Pestifera plerumque animalibus æstas. Sæpe etiam morbosa æstas & pestifer annus. Æstatis face cum tellus torretur, &c. Ver rediit, iam sylua vinet, iam vinea frōdet, iā spicata Ceres, iam cogitat hordea messe. Brachia Cancri vrit atrox æstas. Sicca quidem est æstas, multoque calore perurit. Rapidæ potentia Solis acrior. Iam venit æstas torrida. Stabat nuda æstas & spicea serta gerebat. Transit in æstatem post ver robustior annus. Scindit agros æstas Phœbeis ignibus ardens. Frugiferas aruis fert æstas florida messes. Viget æstiuis hirsutus campus aristis. Decrescunt calores æstiuis solibus omnes. Torrida longæuas æstas exporrigit horas.

Æstatis tempore. Cum terræ ardore dehiscunt, & cum sole nouo densæ torrentur aristæ. Sole sub ardenti. Cum calet & medio Sol est altissimus orbe. Cum sitiunt herbæ & pecori iam grata vmbra est. Cum ager messes fert pinguis opimas. Cum ardens æstas Phœbeis ignibus agros scindit. Cum feruens æstas ornat pinguissima frugibus arua. Vbi omnia rident. Cū redoleat pulchris floribus horti. Vbi raro exultant spirantes germine campi. Arida cum sitiens excoquit arua leo. Vbi densa Ceres cāpo multicolore nitet. Cum variis se prata coloribus ornant. Cum Phœbus ficti terga leonis adit. Cū grauis exustos æstus hiulcat agros. Cum siccas iusana canicula messes decoquit, & paruā pecō omnes sub vlmo est. Cum lethiferos accēdit Sitius ignes & torret anhelātem sæuis ardoribus orbē. Cum sol aduersa per astra æstiuum tar-

dit attollit meridibus aestum. Solstitium tard
cumque sub sydere Cancri. Vbi hiulca siti fu
die canis æstifer arua. Vbi pulsam hyemen se
anteis egit sub terras. Cælumque æstiua lu
reclusit. Cernitur æstiuis campus cum plen
aristis concana litorei cum feruent bracha
Cancri. Tempore quo siccos Canter adu
agros. Cum peragant Cancri sydera solis
qui. Camque Ceres curuâ falce resecta cadit.

Autumnus. Vinifer, pampineus, frugifer, p
mifer, pallens, humidus, frigidus. Turgen
detrahens vitibus vuas. Exonerans vuis pe
tentibus vlmos. Calcatis fordidus vuis Ba
nis ornans tempora Bacchi. Extremas mitte
in horrea fruges. Onerans vuis pendentib
vlmos. Pampineas Autumnus porrigit vua
Piger Autumnus sectis succedit aristis. Fo
cundos Autumne lacus de vitibus imple. Vi
tibus Autumnus turgentes detrahit vuas. Au
tumnali redolet vindemia fœtu. Vite corona
ras Autumnus degrauat vlmos. Dat musto g
uidas Autumnus pomifer vuas. Incipit Au
tumnus medià sub virgine.

Autumni tempore. Cum purpureo subrubet v
mero. Cum vinosa manet plenis vindemia, l
bris. Cum iam turpescunt maturæ vitibus va
Cum facit humentes Pleias orta dies. Pr
vel Autumni sub frigora, cum tepidus Sol
hyemem contingit equis. Calidi cum fu
æstu deponit flauas annus tetra comas. L
dies somnique pares vbi fecerit horas, &
dium luci atque vmbris iam diuidet orbe
Sub ipsum Arcturum. Ee varios ponit fe
Autumnus, & altè mitis in apricis coqui
vindemia saxis. Seras posuit quum vinea fo
des frigidas & syluis Aquilo decussit
Ebria calcatis spumant cum prela racem
Cum riget antepti cristatum frigore eclum
Autumnale æquinoctium. Cum libra dies
æstusque examine iusto temperat, & mires fo
æstu

æstus micior vuas, æquat & Autumnus fuluas cum lucibus vmbras signa dies condit sex, & totidem retegit nox, dimidiumque oculis pandit spectabile nostris. Sed quas super vrbes æquat Æquator luces cum noctibus æquans. Lux bis senis totidem nox clauditur horis.

Hyems. Tristis, dura, aspera, glacialis, frigens, acris, informis, improba, pigra, frigida, sæua, ventosa atrox, imbrifera Æolia, turbida, cana, segnis, gelida, borealis, nimbosa. Rigidis Aquilonibus horrens. Glacialibus aspera ventis. Contristans rura gelu. Contristans frigore cælum. Hyems ignaua colono. Rauco mugiens Aquilone. Glacialis Hyems canos hirsuta capillos. Vis Hyemis glacie currentes alligat vndas. Albentes quæ durant aquas & flumina nectit Humidus hybernis albescit operta pruinis Tristis Hyems montes niueo velamine vestit. Fronde nemus male nudat hyems, amnesque rigescunt frigore. Mella coëgit Hyems Glacialis Hyems Aquilonibus asperat vndas, astringit Scythicũ glaciale frigore pontum Bruma riget nobis canis adoperta pruinis terra latet glacie pigra, frænator aquarum impetus, & nemorum Boreas populatus honorem spumiferos voluit pelagicum murmure fluctus.

Bruma.

Cana, iners stridẽs, algida, rigens, intolerabilis alba. Horrida cano bruma gelu Sub Ioue nudus ago glacialis frigore brumæ. Cum bruma rigeret. Tandem bruma niues adfert pigrumque rigorẽ reddit. Brumam Capricornus inertem per minimas cogit luces & maxima noctis tempora. Aut rigida cum iam bruma discussit decus nemorum, & niuali cuncta constringit gelu. Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. O vtinam Hybernæ duplicentur tempora brumæ. Clausas ventis brumalibus imbres inuenit & pauidas hyberno sydere classes. Bruma diem spatiis breuioribus arctat.

Hyemis tempore. Cum brumale riget glaciali

frigore cælum. Cum tellus niueo tecta vapore latet. Cum latet astricto terra perusta gelu. Cũ pontus concrescit glacie. Cum glacialis Hyems sæuit hirsuta capillos. Cũ Boreas gelidam spirat ab axe niuem. Cum cælum brumali frigore torpet, cumque informis. Hyems rapidis Aquilonibus horret. Cum canent Borealibus arua pruinis. Cũ terra riget glacialibus vsta pruinis, Cum tenet ardentes Scorpius acer equos. Cum nix alta iacet. Cumque riget pendens supremis stiria tectis. Deponunt frõdes Hyemali frigore syluæ. Quando nequit rigidas scindere remus aquas. Stringit aquas tenues cum glacialis Hyems. Cum tristis Hyems squalentia protulit ora, terraque marmoreo est candida facta gelu. Nix iacet & iactam non Sol pluuiæq; resoluũt, Indurat Boreas perpetuamque facit. Cum riget omnis ager, clausum mare, condita castra, nec tolerant medias Hyemes horrentia saxa. Cum tristis Hyems etiam nunc frigore saxa rũperet, & glacie cursus frænaret aquarum. Cum pelago desæuit Hyems. Cum nix alta iacet, glaciem cum frigora trudunt. Cum concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ, vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes, Stiriaque implexis induruit horrida barbis. Nulla intercepto perlabitur vnda liquore, sed durata riget densam in glaciemque niuemque. Illæ clausa tenent armenta neque vllæ aut herbæ campis apparent aut arbore frondes, sed iacet aggeribus niues informis & alto terra gelu latè, septemque assurgit in vlnas, semper hyems, semper spirantes frigora Cancri. Quâ ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur postquam tristis Hyes frigore inunxit aquas. Sustinet vnda rotam patulæ modo peruia puppi: vt concreta gelu, marmoris instar habet. Vnde rotam patitur, celerem nunc passa carinam, in glaciem solidam versus vt amnis abit. ANTRVM.

Syn. Tetrum, nigrum, obscurum, opacum, atrum,

cœcum, viride, tenebrosum, fumificum, vastum, effossum, decliue, nigrans, vdum, sulphureum. Antra virentia musco, Antra, quibus nec Sol medio sentitur in æstu. Subterque cauis graue rupibus antrum. Antrum ingens curuis penetrans Acheronta latebris. Syluestribus abditus antris. Arboribus tecto discumbere iusserat antro. Nimbosis inclusus in antris. Concaua longæuas asseruant antra tenebras. Situ marcentia longo, antra subit Stabat in abruptis vates miserabilis antris. Ast ego frondoso recubans Melibœus in antro. Intus dira domus curuoq; immanis in antro. Per sinuosa cauis atque aspera cautibus arua. Blandéque fouens deduco sub antrum excisum. Corpora sæpe tulit, cæcisque abscondit in antris Panaque montanis habitantem semper in antris. Stabat acuta silex præcisis vndique saxis. Inclusumque cauo saxo. Cuius in extremo est antrum nemorale recessu arte laboratum nulla. Verum more feræ syluis degebat & antris. Viuo antra dehiscunt saxo. Ingenuo cameratum fornice saxum. Excisum latus ingens rupis in antrum. Pendentia pumice tecta. Pendula pendet camerato pumice tecta. Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antris

Latibulum.

Specus.

Piceum, sinuosum, latebrosum. Quos agor in specus. Squallentia tetri saxa specus Intrat iter curuamque specum, nebulasque vomentum. Et specus in medio virgis & vimine densus. At specus & Caci detecta apparuit ingens regia & vmbrosæ penitus patuere cauernæ. Hic specus horrendum & sæui spiracula Ditis. Specus exesi structurâ pumicis asper. Ostendit atrum nubibus crebris specum. Quis cæcis habitant specubus sub montibus altis. Sub spelæis piceis habitare Sibillam fama fuit.

Caverna.

Lustra.

Deuia, lustra, auia inuia. Vitam in syluis inter deserta ferarum lustra domusque traho.

Spelæum.

Cum vitam in dumis inter spelæa ferarum

protraheret. Et caua Cumæum ſpelæa ſonãtia carmen. Per ſpelæa diu traxit ſyluatica vitã

Spelunca. Atra, immanis, ſcrupea, profunda, gelida, hians, ima, caua, concaua, putris, vilis. Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu ſcrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris. Hic erat affixis viridis ſpelunca lapillis. Grandia farra reponit ſpeluncis formica cauis. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris. Sic multatus abit ſpeluncæ in clauſtra profundæ. Cum frigida paruas præberet ſpelunca domos ignemque laremque. Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu, Solis in acceſſu radiis. Proque domo longis ſpelunca receſſibus ingens addita, vix ipſis inueniendia feris.

Latebræ. Occulta, cæca irremeabilis, labyrinthæa. Sæpe etiam effoſſis ſi vera eſt fama latebris, ſub terrã fodere larem. At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris. Aut terebrare cauas vteri & tentare latebras. Squallent adoperta latebris irremeabilibus Quæ labyrinthæas poterunt vaſtare latebris tempora.

Fouea. Flectere nixus inter fouteam eſt delapſus in imam.

Foſſa. Prærupta præceps. Pars in præcipites foſſas vrgente ruina voluitur. Quam multa madida celantur arundine foſſæ.

Crypta. Cana, latens, ſilens. Cryptam ſubit alta nocte ſilentem. Subter humum caua crypta cados & mollia vina claudit. AQVA.

Frigida. Dulcis, pura, vaga, limpida, tumeſcens, ſubſiliens, crepitans, frigida, vilis circumrigua. Circumfluus humor. Contrarius ignibus humor. Liquores gelidi. Cæruleæ guttæ. Fluminei latices. Molli lapſu per ſaxa ſonans.

Lympha. Liquida mollis, placida, vitrea. Summoque hauſit de gurgite lymphas. Miſtaque ſecuro eſt ſobria lympha mero. Temperet annoſum Martia lympha merum. Lymphiſque à fonte petitis

Vnda. Ilignis potare canalibus vndã. Et petere è vi-

nis libandas fontibus vndas. Vitreis periisse sub vndis crediuu. Gaudetque meris Abstemius vndis.

Ignem alii fontemque ferunt. Pocula sunt fontes liquidi. Manibus liquidos dant ordine fontes. Irriguumque bibunt violaria fontem. *Fons.*

Post quam exhausto iam flumine vicerit æstũ. Tellure refossa occultos latices, abstrusaque flumina quærunt. Limosaque flumina potat. *Flumen.*

Fluuiosque ministrant. Et fluuios præbere recentes. Satis est populis fluuiusque Cereſque. Aut præceps Neptuno immerserit Eurus. *Fluuius. Neptunus.*

Aquam dare manibus.

Dant famuli manibus lymphas. Manibus liquidos dant ordine fontes Fluuiosque ministrãt. Irrorantque manus lymphis & flumine largo sparguntur. Longis capiunt mantilia villis.

Aqua lustralis.

Se flumine sacro abluit. Frontem irrorat lustralibus vndis. Lustrali flumine vultũ irrorat.

Aqua in vinum versa.

Vertit aquam præsens in vinea pocula Christus. Liquidas in vinum vertere lymphas. Vitrei latices Bacchi didicere saporem. Fontis aquam latices Bacchi conuertit in atros.

Aquis immergere.

Mergere corpus aquis. Corpus fluuiali spargere lympha. Se iactu dedit æquor in altum. Spargite me in fluctus vastoque immergite ponto. Suppositas immittere corpus in vndas. In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Liquidas proiecit in vndas præcipitem, medioque sub æquore mersit. Superfusis tingere corpus aquis. Rapidis inuolui & submergier vndis. Inter tumidos fluctus sua claudere fata. Mergi sub æquoreis vndis. In rapidis submergier vndis. Fessus tumidis cũ premeretur aquis. Quos obruit. Auster aqua inuoluens nauẽque viroſque. Exciderat puppi mediis effusus in vndis. Tota caua submergere membra palude. Iacet hostis in vn-

dis obrutus. Semianimes alii vastũ subiere profundum. Claudebant virides ora loquentis aquæ.

Arare.

Colere terram, Rumpere, scindere, fodere, versare, premere, sulcare, proscindere vomere terram. Campum fractis inuertere glebis. Exercere, humum, terram, solum, agros, vomere, ferro. Versare solum. Vertere glebas. Incumbere aratro. Conuellere vomere terram. Validis terrã proscindere aratris. Glebam conuellere sulco. Validis terras proscinde iuuencis. Tenui terram suspendere sulco. Agricola incuruo terram dimouit aratro. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. Pingue solum primis ex templo à mensibus anni fortes inuertant tauri. Duxere iuuentos impressis docile terram proscindere aratris. Tua cum multi versarent rure coloni. Terram tenui versamus aratro. Tenuique in puluere sulcos ducimus. Plura minus presso findũtur vomere rura. Ruraque centeno scindat opima bouc. Nullo sulcantur vomere campi. Solidam presso vomere, findit humum. Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro. Exercent vomere colles. Tetrã centum vertebat aratris. Forte boues presso subigebant vomere terram. Depresso iam tum mihi taurus aratro ingemere, & sulco attritus splẽdescere vomer. Aut scindere terrã Presso exercere solum sub vomere. Exercetque frequens tellurem atq; imperat aruis. Colla iube domitos oneris supponere tauros, fauciet vt duram vomer aduncus humum: obrue versatã cerealia semina terrã, quæ tibi cum multo fœnore reddat ager. Nec valido quisquam terrã scindebat aratro. Signabat nullo vomere fossor humum. Rura colit nemo, mollescunt colla iuuenci, non humilis curuis purgatur vinea rastris, non glebam prono conuellit vomere taurus, squalida desertis rubigo infertur aratris.

Arator.

Villicus Impiger, seduſus, auarus, fortis, robustus, dur⁹,

discinctus.incuruus,vigil,gnauus.Curui moderator aratri.Cultor agelli Arua colens Rustica pubes. Grauem duro terram qui vertit aratro. Callosis manibus discinctus arator. Vigil ad teneræ cultum telluris arator. Et tristis arator. Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator. Indomitus,hirsutus. V. plura Ep. suprà. Qui incuruo terram molitur aratro. Cultorque virentis agelli. Agricolæ prisci fortes paruoque beati. Miseris heu præscia longè horrescunt corda agricolis. Illa seges demum votis respondet auari agricolæ. O fortunatos nimium sua si bona norint agricolæ. *Rusticula.* *Agricola.*

Lacertosus,fortis, &c. Dura lacertosi fodiebant arua coloni.Annua solliciti consumẽt vota coloni. Hinc laudem fortes sperare coloni. Dum peruigilans lustrat sua rura colonus. *Colonus.*

Expediã & quæ sint duris agrestibus arma,
Labefacta mouens robustus iugera fossor. *Agrestis fossor.*

Aratrum.

Curuum,incuruum,aduncum,pandum,rude, depressum,flexum,durum,terrã renouans. Vomis & inflexi graue robur aratri.Vertẽs glebas, Renouans terram. Campum horrentem fractis inuertens glebis. Continuo in syluis magna vi flexa domatur in burim & curui formam accipit vlmus aratri. Non ergo presso tellus consurgit aratro. Primus aratra manu soleti fecit. Osiris. Squalida desertis rubigo infertur aratris.

Ferreus,aduncus,vncus,atritus,obtusus. Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus Sulco atritus splẽdescere vomer incipit. Nullo rigidi versabere vomeris ictu. Pingues scabro sulcabat vomere glebas. Colla iubet domitos oneri supponere tauros sauciet vt durã vomer adũcus humum. Rostroq; intacta,nec vllis saucia vomeribus per se dabat omnia tellus. Sic vbi delectos per torua armenta iuuẽcos,agricola impositosociare affectat aratro,illi indignãtes,queis nondum vomere multo, ardua nodosos ceruix *Vomer.*

Ligo. descendit in armos, in diuersa trahunt.

Scaber, rigidus, obtusus, flexus, Rigido glebas disrumpe ligone, Exesosque situ cogit splendere ligones. Attrito terram renouare ligone. Rastraque & incurui rubuere ligones. Fluidum fortè ligonis exercet dentes.

Rastrũ. Graue, tenax, rigidum, curuum. Certabant rigido glebas conuellere rastro. Rastrique graues, longique ligones.

Rastra manu vexans rigidâ, scabrosque ligones. Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris. Non rastros patietur humus, non vinea falcem. Aut gravibus rastris glebas pulsabit inertes. Ergo ægre rastris terram rimantur.

ARBOR.

Vmbrosa, opaca, fertilis, frõdẽs. virẽs, patula, ardua, viridis, sublimis, luxurians, alta, flebilis, alticoma. Tollens cacumina in auras. Extendẽs latè sua brachia Excelsos tendẽs ad æthera ramos. Tellens se vertice ad auras. Purpureis collucens floribus arbor. Suaues submittens flores Decoratque floribus arbor. In immensum viribus aucta suis. Grata colono. Infixis altè radicibus hærẽs. Niueis vbertima pomis. Largis onerata fructibus. Sponte sua quæ se tollit in luminis auras. Ingens ad cælum ramis fœlicibus arbor exiit. Nunc omnis frondibus arbor luxuriat fœcunda nouis.

Arboris partes.

Cortex. Rigens, durus, viridis, fragilis, turgidus, rimosus. Nouus in viridi coalescit cortice ramus. Eripitur fragilis nodoso è robore cortex. Hic natã libro & syluestri subere clausã alligat.

Liber. *Frondes.* Tenues, patulæ, vmbrosæ comantes,
Suber. tremulæ, deciduæ, virentes, arboreæ, vernantes. Creuit & vmbrosas porrexit in aëra frondes. Fronde super viridi sunt nobis mitia poma. Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas. Brachia ramorum frondesque tulere comãtes. Poteris requiescere nocte fronde super viridi. Arbor erat patulis ambitiosa comis. Adopti-

uũ luxuriosa comis.

Crinibus in cęlũ surget felicib⁹ arbor Viduatur crinib⁹ arbor. Arbor deciduis viduata capillis. *Coma.* *Crines.*

Opaca, verna, tenera, agrestia, leuia, virentia, tremula. Agrestes calathos foliis agrestibus implet. Leuibus foliis abdita garrit auis. Sub foliis vmbrosa comantibus arbor. *Capidi.* *Folia.*

Frondescere. Adolescit frondibus arbor. Densis opacatur frondibus arbor, vestitur, tegitur. Patulo se tegmine vestit arbor, & ingẽtes attollit ad æthera ramos. Se lætus in auras palmes agit laxis per purũ immissus habenis Luxuriat, foliorum exuberat vmbra. Foliis & flore comans arbor. Patulis diffusa ramis terram opacat.

Radix. Profunda, ima, tenera, valida, robusta, infixa. Nec iam validis radicibus hæret arbor. Radices altius arbor agit. Ardua robustis quercus radicibus hærens. Perstat & infixis altè radicibus hæret. *Fibra.*

Rami. Patuli, fragiles, comantes, opaci, vernantes, viridantes, frondosi, vmbrantes, læti, lenti, teneri. Ramus incerto pondere nutans. Curnatus pondere ramus. Arbore pendens. Tremulo qui horrore mouetur. Spirantis brachia. Carpit ab vmbrifera pendentes arbore ramos. Excelsos tendebat ad æthera ramos.

Annosaque brachia pãdit vlm⁹ opaca ingẽs. Brachia tortilibus ramis fundebat acanthus.

Truncus. Teres informis, rudis, stabilis, firmus, Teretes circundare truncos. Arboris obnixus trunco, Surgit truncus & ingentem ramorum sustinet vmbram. *Truncus.*

Arbores variæ.

Abies. Vmbrosa, alta, enodis, procera, redolens sublimis, aëria, crinita. Apta mari vndis, freta. Crescens in montibus altis. Super æthera surgens. Casus abies visura marinos. Labitur vncta vadis abies & marmora sulcat. Ad telum ramos abies extendit, & ingens tollitur. Abies in montibus altis crescit, naufragos pelagi visura tumultus. *Abies.*

Buxus. *Buxus* Fragilis, crispata flaua, pallens Berecynthia. Perpetuoque virens buxus. Berecynthia buxus in pretio est quia crine viret sic tonsile lignum est Fluctuat hinc denso crispat cacumine buxus. Æternum buxo crispante cumen, Flauaq; perpetuo buxus honore viret.

Cedrus. *Cedrus*. Odorata, olens, enodis, libantis. Semper habens frondes. Feriens vertice sidera. Enode properat prosternere cedros. Discе & odora tam stabulis accendere cedrum.

Cornus. *Cornus*. Aspera, stridens, stridula. Bellis accommoda cornus. Apibus inuisa. Rigidis hastilibus apta.

Corylus. *Corylus*. Flexilis, dura, fragilis, syluestris. Syluestres corylos & saxea corna legebat. Planis ederæ coryli nascuntur. Adde laceratas corylos & amygdala messis nuncia.

Cupressus. *Cupressus*. Funesta, mœsta, alticoma, stygia, viridãs, nigra, celsa, odorifera. Idæa. Non plebeio luctus testata cupressus. Tumulos tectura cupressus. Alticomæ cyparissi criste gemunt. Erexere pyram deploratasque cupressus. I. puer & potes funestã cinge cupresso. Inter virides lauros viridesque cupressus. Intexit sertum ex viridante cupresso.

Fagus. *Fagus*. Patula, alta, frondosa rudis, densa glandifera. Latè spargens, tendens distendens brachia ramos. Tum frondosa, ingens ramis, altissima fagus. Patulæ recubans sub regmine fagi. Glandiferas illic Austri violentia fagos. Cadit ardua fagus. Rudib⁹ fagis texitur & ornit.

Ficus. *Ficus*. Bifera, laticoma, cærula, fœcunda. Transeo laticomas clypeis nemus vtile ficus Sunt & odoratæ cedri, fœcundaque semper ficus, baccis fœcunda. Propè labentes aquas cõsita ficus.

Fraxinus. *Fraxinus*. Procera, stridula, præcelsa. Odiosa colubris. Fraxinus vtilis hastis Classica non fremerent, non stridula, fraxinus istet. Sonat alta bipenni fraxinus.

Laurus. *Laurus*. Viridis, viridans, triumphalis, viret

rens. Pieria, Phœbæa, redolens, victrix, Phœbo gratissima laurus. Arbor parnassia seruans, æternum fronde virente decus Parnassia laurus. Venturi præscia laurus. Vtque viret semper laurus, nec fronde caduca carpitur, æternum sic habet illa decus. Nunquam amittens frondis honorem. Æternosque gerens formosæ frōdis honores. Phœbi decus. Circum redolentes addere lauros. Viret vndique laurus pendula. Ite triumphales circum mea tempora lauri. Intereà vittis, lauroque insignis opima, Triumphantes mea cingite tempora rami.

Myrthus. Redolens, florens, nigra, viridis, Cytherea, littorea. Littus amans, vitæ breuis. Veneri sacra. Formosæ Veneri gratissima myrthus. Soli dicata Deæ rustica myrthus erat. Nō virides hedetæ. Veneris non pallida myrthus. Cinge caput, vireant redolenti tempora myrtho. Littora sunt lætissima myrthis. *Myrthus*

Oliua. Virens, viuax, vernicoma, pacifer, cærula baccifera. Palladis arbor. Tardè crescens. Semper frondens, sempetquè virescens. Hinc iam vernicomæ fundent tibi munera oliuæ, Vimina pacificæ per templa liquantur oliuæ. *Oliua.*

Ornus. Sterilis, aëria, procera, annosa, dura, montana, comans. Nascuntur steriles saxosis montibus orni. Nec mora succidi teretes de montibus ornos imperat. Ornus amans montes. *Ornus.*

Palma. Ardua, nobilis, victrix, amœna, Aegiptia, trinmphalis. Præmia victoris. Sen per in auras surgens. Ecce virētem vendicat ipsa viro dulcis facundia palmam. Olympiacæ miratus præmia palmæ. Salientis aquæ defixa in margine lato. *Palma.*

Pinus. Flotida, virens, viridis procera, multifida, alta, ardua, Berecynthia, Pontica. Radi. ē in tartara tendens, sudanti cortice. Littus amans. Littoribus gaudens. Elato vertice. Grata Deum matri Antennis apta ferendis. Succincta coma, hirsutaque, vertice pinus. Multifidam iam tempus erat succendere pinum, perpetuoque virens *Pinus.*

& semper florida pinus. Deuoluunt quercus & amantem littora pinum. Peliaco prognatæ vertice pinus.

Platanus. *Platanus*, Sterilis, insignis, comans, lata, procera vmbrifera. Latè brachia diffundens. Latè ramos spargens. Explicat hic frondes platanus genialis opimas. Sub platano vmbrifera fons vnde emanat aquarum. Platanusque cælebs euincet vlmos.

Populus *Populus*. Alta, procera, Alcidæ gratissima Herculeæque arbor frondosa coronæ. Populus alba comis. Gratior Herculeis populus alba comis Populeas mollis ventilat aura comas. Populeis instrepit aura comis. Susurranti crispatur populus aura. Populeis aspirant frondibus auræ Populeæ tremulo quatiuntur flamine frondes. Dixerat. Herculeî bicolor cum populus vmbrâ velauitque comas foliisque innexa pependit.

Quercus *Quercus*. Dura rigida, vmbrosa, comata, lata, procera, vmbrifera. Latè brachia tendens. Habitæ Graiis oracula quercus. Quercus amica Ioui. Sacra Ioui. Gratissima porcis. Sublimi vertice nutans. Duris curuata glãdibus Insitis altè radicibus hærens. Attollens intonsa cacumina cœlo. Fortè fuit iuxta paruis rarissima ramis sacra Ioui quercus de semine Dodonæo. Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cœlo attollunt capita, & sublimi vertice nutant. Durior annosâ quercu, fallacior vndis. Iuppiter ipse fatidico mouit cantu Dodonida quercum Ardua robustis quercus radicibus hærēs Nudaque ramosæ tendebant brachia quercus. Populus alba comas, suibus gratissima quercus. Cingere frondenti victricia tempora quercu.

Syn. *Æsculus.* Frondens rigida, Sacra Ioui. Frõdibus Æsculus altis. Nemorũque Ioui quæ maxima frondes, Æsculus. Altius & penitus terræ defigitur arbor Æsculus. In primis quæ quantũ vertice ad auras Aetherias, tantũ radice in tartara tendit.

dit. Ergo non hyemes illam, non flabra, nec imbres conuellunt, immota manet multosque per annos multa virũ volues durando sæcula vincit, tũ fortes latè ramos & brachia tendens huc illuc media ipsa ingentem sustinet vmbram.

Nigra cana, littorea, ramosa. Ilex plena facis. Curuataque glandibus ilex. Torrentem patula vitabant Ilice solem. Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas. Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix. Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex, Gemit icta securibus ilex. *Ilex.*

Solidum, durum, rigidum, Herculeum. Innataque rupibus altis robora. Tot circum firmo syluæ se roboræ tollant. Roboribus duris ianua culta riget. Fraxineæque rabies cuneis & fissile robur scinditur. *Robur.*

Salix. Armata lenta, facunda, glauca, amnicola, tenera. Aptissima scutis. Et amaro cortice salix. Irrigui fontis amica. Ventis agitabilis. Gaudens humidis locis. Florentem cytisum & salices carpetis amaras. Viminibus salices fœcundæ frondibus vlmi. *Salix.*

Vlmus. Frondosa, alta, aëria, fortis, pãpinea, dura. Amica & vitibus arbor. Ramosa, annosaque brachia pandet. Pampineis onerataque vitibus arbor. Pampineæ vites, & amictæ vitibus vlmi. Alnus amica freto, nec inhospita vitibus vlmus. Nec gemere aëria, cessabit turtur ab vlmo. *Vlmus.*

Arbustum.

Tenerum, vernum, turgescens, syluestre fruticosum. *Frutex.*

Vix audens tenues attollere ramos arbustum. Pullulat arbustum ramis felicibus.

Dum tenera attondent firmæ virgulta capellæ. Auia tum resonant auibus virgulta canoris. Fruticosa leui increpitant virgulta susurro. Nec non syluestria tecum virgulta & prolem tardè crescentis oliuæ. *Virgultum.*

Dumus. Spinifer, spinosus, hirsutus, spissus, rigidus. Sylua fuit latè dumis, atque ilice nigra *Dumus.*

horrida, quam denſi complerant vndique ſen-
tes. Aſpera dumis rura tenent. Aurea ma-
olam ſylueſtribus horrida dumis. Horrent
rubos & amantes ardua dumos.

Edera. *Edera.* Errans, ſerpens, virens, viuax, bicolor,
ſequax, bacchica, grata. Gratiſſima Baccho Ed-
me meis ederas Bacchica ſerta comis Serpen-
tes ederæ vix habuere locum. Aſtringunt ed-
ris victricibus. Indos Flectis penniferos bi-
coloribus armos.

Geniſta. *Geniſta.* Lentæ humiles, tenues Flumina lat
Curua tenent vt molle ſiler, lentæque geni-
ſtæ, Salices humileſque geniſtæ.

Rubus. *Rubus.* Aſper, durus, horrens, mordax, alt
vulnificus rigidus. Amans ardua. Rettulit hirſu-
tis brachia ſecta rubis. Mordaces interiere ru-
bi. Mella fluant illi, ferat & rubus aſper amo-
mum. Incidit in fraudem, vulnificumq; rubū.

Spina. *Spina.* Acuta, minans, ſterilis, acris, cruenta,
horrens, maligna, fera, pungens. Infixa eſt læuo
ſpina maligna pedi. Horruit & capiti ſpina
cruenta tuo. Spiniſque minantibus horret.

Sentes. Inculti aſperi, denſi, rigidi, mortiferi. Incul-
tique rubens pendebit ſentibus vua Improui-
ſum aſpris veluti qui ſentibus anguem preſſit.
Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbæ.

Vepris. Hirſuti, recurui Hirſuti ſecuerunt corpora
vepres, Vepribuſque infeſtant corpus acerbis.

Vimen. *Vimen.* Tenue, lentum, viride, flexile, tortum,
leue, ſylueſtre. Seu lecto fuerint aluearia vimi-
ne texta. Arbuteis texũt virgis & vimine querno

Vitis. *Vitis.* Lenta, ferax, gracilis, fœcũda, læta, flexa,
opaca frugifera, viniflua, frondens, pampinea.
Nectareo flore virens. Pleno cumulans feruida
muſta lacu. Gratiſſima Baccho Vidi ego pãpi-
neis oneratam vitibus vlmum. Sponte ſua pro-
fert vini Bacchæa racemos. Veſtit pãpineas vi-
tis opaca comas. Pãpineæ vites & amictæ viri-
bus vlmi. Vidua in nudo vitis, qoę naſcitur aruo
nunquam ſe extollit, nunquam mitem educat

ruam, sed tenerum prono deflectit pondere corpus. *Vide Vinea.* *Arborem inserere.*

Surculum immittere trunco, truncos oculare. Inoculare ramos. Arbor adoptiuis luxuriosa comis Arboris alterius ramos adoptat in trucũ alterius. Nec modus inserere atque oculos imponere simplex, namquæ se modo trudunt decortice geminæ & tenues rumpunt tunicas: angustus in ipso fit modo sinus, huc alienæ ex arbore germen includunt. Vdoq; docenti nolescere libro, aut sursum enodes trunci resecantur, & altè finditur in solidum curuis via, deinde feraces plantæ immittuntur, nec longum tempus & ingens exiit ad cælum ramis felicibus armos, miraturque nouas frondes & non sua poma. *Arbores plantare.*

Humo mandare. Committere terræ. Scrobibus demittere. Sulco obruere. Intectis abscondere glebis. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum deposuit sulcis. Hic stirpes obruit aruo, quadrifidusque sudes & acuto robore vallos. Scrobibus truncum mandare subactis. *Arbores propagare.*

Arbor pressos propaginis arcu expectat. Presso infoditur propaginis arcu. Sed truncis oleæ melius propagine vites respondent Læta propagatur iactis radicibus arbor. Inflexo terram subit arcu séque propagat vitis.

Arbor pullulans.

Pullulat ab radice aliis densissima sylua, vt cerasis vlmisque etiam densissima laurus parua sub ingenti matris se subiicit vmbra. Arbor stirpibus exit ab imis, quam densæ, frondes & rami matris opacant.

Arbores eradicare.

Radicibus imis euellere. Exturbare solo. Valsis radicibus arbor procubuit, nec iam mater alit tellus, viresque ministrat. Nam velut in summo quatientem brachia. Tauro contorquens flamine robur eruit, illa procul radicibus

prona cadit, latéque & cominus omnia frãgit.

ARMARE ET ARMARI.

Arma capeſſere, ſumere. In arma ruere: Se pugnæ parare. Martem fatigare. Ferri in arma. Ferrum acuere. Armari in prælia. In arma viros ſuſcitat, atq; in prælia cogit. Cingi fulgẽtibus armis. Accingi ferro. Iamque faces & ſaxa volãt furor arma miniſtrat. Spoliis ſe quiſq; recentibus armat. Omnes arma requirũt. Præceperat optimus armis. Æneas ne ſtruere auderet aciem neu credere campo. Socios ſimul inſtruit armis. Æratas acies in prælia cogit. Induere arma viros vio|lẽtaque ſumere tela rex iubet. Arma diu ſenior deſueta tremẽtibus æuo circumdat nequicquam humeris & inutile ferrum cingitur, ac dẽſos fertur morituros in hoſtes. Nam dedit è ſpecula cuſtos vbi ſigna tumult⁹, induimus trepida protinus arma manu. Validam vi corripit haſtam. Ipſe dehinc auro ſqualentem alboque pricalcho circumdat loricam humeris ſimul aptat habendo enſemque clypeumque & rubræ cornua criſtæ. Agmine ſe fundũt portis, hinc Troïus omnis. Tyrrhenuſque ruit variis exercitus armis. Clypeumque auroque trilicem loricam induitur, fidoque accingitur enſe. Amycleas humeris aptare pharetras. Ipſe vrbem repeto & cingor fulgentibus armis. Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis pulueruleutus equis furit, omnes arma requirunt.

Armatus.

Accinctus armis. Inſtructus ferro. Cinctus fulgentibus armis. Armis circumdatus. Haud ſecus inſtructi ferro, quam ſi aſpera Martis pugna vocet. Ter circum accenſos, cincti fulgentibus armis decurrere rogos. Stabat in egregiis Arcentis filius armis. Thoraca indutus ahenis hornebat ſquamis ſuraſque incluſerat auro Miles radiabat in armis, lance coruſcus ahena, accinctus gladio. Illũ tegit aureus vmbo. Poſtquã habilis lateri clypeus loricaque tergo eſt.

Sydereo flagrans clypeo & cælestibus armis.
Pulchris cõspectus in armis, ferro radiatur. Armorũ luce coruscãs. Insignis galea & fulgentibus armis. Bina manu letho crispans hastilia ferro. Omnib' æratæ propugnãt pectora crates pilaq; sæua manu, patrius stat vertice Mauors. Capiti tremit ærea cassis ter niuea candẽte iuba. latus omne sub armis ferrea scuta terunt humeros & pectora latè flãmeus orbis habet. Quibus haud armenta, nec enses triste micant, flauent capiti, tergoque leonũ exuuiæ, & quos pineus armat stipes inexhaustis arctantur tela pharetris. Quatuor indomitis Capaneus erepta iuuencis terga, superque rigens iniectu molis ahenæ versat onus. Igneus ante omnes auro micat, micat igneus ostro, vndantemque sinum nodis ierugat Iberis. Hũc pellis ahenis in plumam squamis auro conserta tegebat. Auratis etiã flagrãs splẽdebat in armis, insignis gladio atque micantibus armis. Quis decor incedit quoties clypeatus & auro squameus & rutilus crista & casside maior. Et chalybe indutos equites & in ære latentes. *Arma.*

Sæua, impia, fulgentia, Vulcania, radiantia, *Act.*
tristia, fera, valida, hostilia, dura, furialia, aspera, fulgida, horrisona, micãtia, victricia, minantia. Armorum vires. Munimina tuti corporis. Horrentia Martis arma. Sæuis libertas vtitur armis. Inimica subegi arma metu. Seuior ingenio, & ad horrida prõptior arma. Clarescũt sonitus armorũque ingruit horror. Si bella vocãt quis ad aspera prõptior arma est. Armorũ sonitũ toto Germania cælo audiit, insolitis tremuerũt motibus Alpes. Interque manus & brachia versat terribilẽ cristis galeã, flammasque vomentẽ fatiferũque ensem, loricã ex ære rigentem, sanguineã, ingentem qualis cũ cærula nubes solis inardescit radiis lõgeque refulget: tum læues ocreas, electro auroque recocto, hastamque & clypei non enarrabile textũ. Con-

Ferrum.

tinuo noua lux oculis effulsit, & arma horre-
dum tonuere, tremunt in vertice cristæ s-
guineæ. *Armorum fulgor.*
Arma repercusso fulgent rutilantia Phœ-
Armorum crispo radiatur lumine campus. A-
ma renidentem tollunt ad nubila flammã. V-
gor armorum micat, campique late fluctu-
sæuo die. Fulgurat armis, aureus vndantem c-
pei vomit vmbo fauillam. Ardet apex ca-
cristisque à vertice flamma funditur & va-
vmbo vomit aureus ignes. Clypeoque mic-
tia fulgura mittit. Latè fluctuat omnis æra
nidenti tellus. Horrescit strictis seges ensi-
æraque fulgent sole lacessita & lucem sub-
bila iactant. Summaque in casside largus va-
tes volvit flammas ad sydera vertex. Loric-
fundentem incendia gestat. Vibrantibus
fulgurat armorum radiis, tremulaque mic-
luce natant campi. Flammeus æratis tremor
rat in armis. Tum late ferreus hastis ho-
ager: campique armis sublimibus ardent. T-
mulus vibratur in armis ardor & errantes
dunt per cassida flammæ. *Armorum fragor.*
Iterum atque iterum fragor intonat inge-
enseseque clypeique sonant Resonant creb-
tinnitibus arma. Armis crepitantibus ingẽs
oritur fragor. Arma horrendum tremu-
cõsl&us armorum tonat. Inuadunt Martẽ c-
peis atque ære sonoro, Arma impulit, impul-
quo maximus insonat æther dissultant ripæ t-
fluitque exterritus amnis. Cunctanti telu-
Aeneas fatale coruscat sortitus fortunam oc-
lis & corpore toto eminus intorquet, mur-
concita nunquam tormento sic saxa fremu-
nec turbine tanti dissultant crepitus volat-
turbinis instar, sanguineaque manu crepitan-
concutit arma. *Armorum genera.*
Arcus. *Arcus.* Flexus, minax, acer, lethifer, curuus, G-
ticus, fatifer, trux, coruscus, horrisonus, aure-
flexibilis, vulnificus. Flexile cornu Arma Di-

Non ſemper feriens quodcunque minatur. Ad-
ſto curuans ſe in cornua neruo. Nitido ſpe-
cabilis arcu. Tulerat pharetrãq; arcũque ſo-
rantem. Solui curuatos imperat arcus, ſtricto
at proximus armiger arcu. Flexibiles curuan-
t Apollinis arcus. Pone truces argᵒ agmẽque
mite pharetræ. Stat procul intendẽs, dubium
ret anxius arcum. Impoſitis calamis patulos
uauerat, curuauerat arcus. Aut æres tendũt
us, aut lenta lacertis ſpicula. Arcus obuertit
illũ, certaq; lethiferã direxit ſpicula dextrã.
alidis flexos incuruãt viribus arcus. Sonat vna
ifer arcus. Intendunt æres arcus & ſpicula
rant. Vaſtum coactis flexit arcum cornibus.
orquebat refugũ. Parthis mirantibus arcum.
ſtitit hic arcumq; manu celereſq; ſagittas
ipuit, Namq; humeris ſuſpenderat arcum.
os referunt humeris languentibus arcus.

Curuo direxit ſpicula cornu. Dixit & aura- *Cornu.*
volucrem. Threiſſa ſagittam deprompſit
aretrã cornuque infenſa tetendit & duxit
donec curuata coirent inter ſe capita
manibus iam tangeret æquis.

Non ſecus ac neruo per nubẽ emiſſa ſagitta. *Neruus*
ſſis. Aurea fulua, criſtata, auricoma, minax. *Caſſis.*
rtia, ferrea, ahena, caua, ærata. Proripiunt
di ſcutis & caſſide ahena armati. Vibrat &
ata defendit caſſide crines. Nil ſcuta valent,
il ferrea caſſis. Nitidæ nec caſſidis altam ſum-
t, adornauitque comam. Sic ait atque am-
is auratã caſſide dirat. Quatit aura coman-
caſſidis auricomæ criſtas. Non ærea caſſis,
c lorica riget ferro. Vidit & infeſtat vi-
caſſide terras Stat caſſis vtrique ſyde-
is hirſuta iubis. Attrituſque cauã mutatur
caſſide vomis. Summaque in caſſide largus, vn-
tes voluit flammas ad ſydera vertex.

Crinita, comans, nitens, decora, caua, ærea, *Syn.*
fulgens, radians, coruſca, trux, horrida, victrix, *Galea.*
ligens, inſignis, cornifera, pennicoma, lethalis,

Terribilem galeã tractare atque ære rigente
Includit suras ocreis capitique micantẽ imp
nit galeam. Terribilem cristis galeã flamm
que vomentem. Cui triplici crinita iuba gal
alta chimæræ sustinet. Aetnæos efflantem
cibus ignes. Scuta cauæq; dant sonitum insi
galeæ. Ipse nitor galeæ claro radiãtis ab au
Galeamque minantem quassat. Tum gale
Messapi habilem, cristisque decorem. Corni
ram ingentem, atque ignes flãmasque vom
tem. Et cristis galeę insignes phyliriſq; decu
Et galeam rubrã minitãtem vulnera cristã. I
thalem voluit galeam Pennicomas tollũc
leas, ac more latino Arma parat. Durã conte
tur galeã Imam inter galeã, summi thorac
oras, abstulit ense caput. Galeamque corni
subnixam cristis. Et conum insignis galeæ
stasque comantes, arma Neoptolemi. Tegm
tuta cauant capitum flectuntque salignas
bonum crates, alij thoracas ahenos aut l
ocreas lento ducunt argento. Galeã tauro
insignis auito. Exit in auras cassidis altus ap

Crista. Coruſca, comãs, rutila, picturata, micans. R
tilas declinat in oſcula cristas. Vndãtes rutil
in vertice cristas. Attollam excelso tumefac
vertice cristas. Circundat loricam humeris
rubræ cornua cristæ. Armati ferro & cristis

Aes. Cauum, taurum Aere caput fulgens, crist
que hirsutus equina. Virgineum cauo prot
git ære caput.

Clypeus. *Clypeus.* Leuis, sanguineus fulgens æreus, ahe
nus, æratus durus septéplex, cauus dirus. Cly
peo pugnas meditatur aheno. Terribilẽ ost
tat clypeum. Postquam habilis lateri clypeu
loricaque tergo est. Ille coruscãti clypeo tes
pe volantem sustulit. Hinc clypeus sonat ær
hastis. Pars lævis clypeos & spicula lucida tu
gent. Ecce autem clypeũ sæuo fulgore mica
tem. In galea formosus erat, seu sumpserat æ
fulgentem clypeũ, clypeum sumpsisse decebat

Clypeũque ex ære siniſtræ ſubligat. Hic ferro
ccingor rurſus clypeoque siniſtrã inſertabam
ptans. Inuadunt Martem clypeis atque ære
onoro. Clypeum tum deinde siniſtrâ extulit
rdentem. Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere
ctum nec dextrâ valet. Ille tamen clypeo
bjecto conuerſus in hoſtem ibat. Ingentem
lypeum informant, vnum omnia contra tela.
atinorum ſeptenoſque orbibus orbes impe-
iunt. Aere cauo clypeum magni geſtamen
hãris poſtibus aduerſis figo. Haud aliter Tros
eneas & Daunius heros concurrunt clypeis.

Scutum.

ratum, micans, fulgidum, ferreũ, ligneum,
è rotat celeri lignea ſcuta manu. Ferrea
tegunt humeros & pectora late. Aerea
ta ſonant, tremit excita tellus Miratur ne-
inſuetum fulgentia longè ſcuta virũm.

Vmbo.

Curuatus, minax, coruſcus, fulgidus, curuus,
idus. Si galea te & i duroque vmbone reſi-
. Ardet apex capiti, triſtiſque à vertice
mma funditur & vaſtos vmbo vomit aureus
es, figitque volatque ingenti gyro, ſed fu-
et æreus vmbo. Minaci cornipedes vmbo-
e ferit. Tum fulgidus vmbo euomuit latè
mmam & lux ignea fulſit.

Peltæ.

Amazonia, lunata, informis, horrida. Velleo
Amazonia latus intercludere pelta. Aeratæ-
que micant peltæ, micat æreus enſis Ther-
modo entiacâ munita in prælia peltâ, Fœmi-
nea exultant lunatis agmina peltis.

Parma.

Martia, bellica, caua, cruda. Nec crudæ tar-
darunt tegmina parmæ. Picta nec inducto
fulgebat parma pyropo. Enſe leuis nudo par-
maque inglorius alba. Nec onus caua parma
ſiniſtræ. Fulua metallo parma micat.

Enſis.

Enſis. Rigidus, nefandus, coruſcus, fulmineus,
ſatifer, fulgens, ſtrictus, fidus ſæuus, Martius
ferus, lethalis, acutus, ſceleratus, furens, trucu-
lentus, trux, ſanguineus Mauortius. Tranſadi-
gens coſtas, & pectora rumpens Abrumpens

vitam, abrumpens ſtamina vitæ. Lateri capul tenus abdidit enſem. Illi ſtellatus iaſpide ful enſis erat. Vaginâque eripit enſem fulmineu Fulcato vulnerat enſe. Curuæ rigidum fal curuantur in enſem, Fidum capiti ſubduxer enſem. Simul enſe recluſo ibat in Euryalu Enſemque recludit Dardanium. Recoquit p trios fornacibus enſes. Loricam induitur fi que accingitur enſe. Humero ſimul exuit e ſem auratum mira quem fecerat arte. Lyca Gnoſius, atque habilem vaginâ aptarat eb nâ. Talia dicta dabat ſed viribus enſis adac tranſadigit coſtas & candida pectora rump Inſtat non ſegnius ac rotat enſem fulmineum donec Rutuli clamantis in ore condidit adue ſo. Enſe leuis modo parmâque inglorius al Vaginâque cauâ fulgentem diripit enſem. St ctum rotat acer Lucagus enſem. Tempora n dus adhuc laterique accinxerat enſem. Stric enſibus adſunt. Sic rigido latus enſe feri Aeratæque micant peliæ, micat æreus enſ Pendenti nitidum vaginâ diripit enſem. I me acui ſceleratos cernitis enſes. Nec gal tegitur nec acuto cingitur enſe. Infauſtos cuunt enſes. Nondum veſanos rabies nudaue rat enſes. Hic ferro cingitur. Sed in dextra feruidus enſis erat. Nemo manu bis acutum enſem meliore rotauit. Altera terribili ſulmi net enſe manus. Et tenerum duro tunditur enſe latus. Nec non ſanguineo indignâs effulmina enſe. Enſem tumido in pulmone recondit. Per fidus enſis frangitur, in medioque ardentem deſerit ictu. Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus.

Syn. Ferrata, acuta, vulnifica, aurea, ſæua, violenta, rigida, ferrea dira, fulgens, valida. Sed Buten aduerſum cuſpide figit. Librat ſæua coniectum cuſpide ferrum. Cuſpide fulget acutâ.

Cuſpis.

Ferrum. Acutum, crudele, durum, dirum, ſtrictum, miſſile, ſtridens, ſanguineum Corripuit ſubito trepidus formidine ferrum Aeneas. Hic ferro

ccingor rursus. Irruimus ferro. Sed ferro an-
ipiti, decernunt. Agmina in arma vocat subito
errumque retractat. Et totum clypei ferro de-
cerat orbem. Non vlli est animus stricto con-
urrere ferro. Intima fatifeto rupit præcordia
erro. Mortiferum inde manu properantem
ellere ferrum. Fœdera mortales ne sæuo rum-
ite ferro. Vitam crudeli abrumpere ferro. Ne-
ille per illa ferrum transeat. Ferroque ri-
enti transadigit costas. Vt mea sanguineo la-
antur corpora ferro. Arma circumdat ne-
icquam humeris & inutile ferrum cingitur.
ransigit infestum sua per præcordia ferrum.

Immanis, hostilis, impius, mortifer, immitis, *Gladius*
mmeus, vibrans. Pars gladios stringũt mani-
pars missile ferrum corripiunt. Gladii cum
ite minantur. Gemmantem gladium vagina
ataxit eburna. Gladiosque tegat vagina mi-
ces. Vix etiam gladio præcordia fodit acuto.

Strictus, anceps breuis, terrificus, minax, fu- *Mucro.*
m, mortalis nitidus. Stat ferri acies mucrone
oruſco stricta parata neci. Alij strictis mucro-
ibus imas obsedere fores. Breuibusque habi-
is mucronibũs enses. Talia vociferans sequi-
r, strictumque coruscat mucronem. Strictis-
que seges mucronibus horret. Vsque ad nostra
ecora penetrauit viscera mucro. Tabuit in ca-
ilo vulnere mucro tener. Perforat & tetricus
ostas & viscera, mucro. Teritur rubigine mu-
ro ferreus. Stat pedes aurato mucrone incin-
us & hasta. Lethalique ferit mucrone mani-
plos. Obuius it rutilo stridens mucrone Mi-
chaël. Fulgenti dextram mucrone armata
matũr. Mucrone coruſco scrutatur latebras a-
imæ. An sese mucrone ob tantũ dedecus amẽs
ndoat, & crudum per costas exigat ensem.

Cruenta horrida. Strictamque aciem ve- *Acies.*
entibus offert. Fulmineas gladiorum acies
aumque coruscat mucronem.

Funda. Balearis, balearica, aëria, flexa, leuis, *Funda.*

Hiſpana. Hiſpanæ certamina diſcere fund
Acta manu caua tempora quaſſat funda leui
Stridentem fundam poſitis Mezentius arm
ipſe ter adducta circum caput egit habena. T
retes pars vertere fundas aſſueti vario
diem præcingere gyro. Funda per inane v
lura ërias plumbum iaculatur in auras.

Haſta. Longa, rigida grauis, immitis, Mart
bellica, acuta, valida, ſæua, infecta, intorta v
brans, minax, cruenta, ſanguinea, ſcelerata tr
mebunda, teres, vulnifica. Haſtam vibrare to
quere, contorquere, intorquere, coniicere, di
gere, quatere, quaſſare, decutere. Cõcitat into
tam turiatis viribus haſtã. Sic fatus validis i
gẽtem viribus haſtam in latus inque feris cu
nam cõpagibus aluum contorſit. Tergo ſcel
ratam intorſerit haſtam. Dixerat & toto cõ
xus corpore ferrum cõiicit, haſta volans noct
diuerberat vmbras, & venit aduerſi in tergu
Sulmonis, ibique frangitur, ac fixo tranſit pr
cordia ligno. Ille rudem nodis, & cortice cru
intorquet ſummis adnixus viribus haſtã. Tu
magnam corripit haſtã & jacit, illa volans cly
pei tranſuerberat æra. Stridentemque emin
haſtã coniicit. Tergo decutit haſtas. Haſta ſqu
reductis protẽdunt longè dextris & ſpicula vi
brant. Certã quatit improbus haſtam. Non d
cet imbelles haſta cruẽta manus. Tremebund
ſuperuolat haſta. Teretemque manu cõplect
tur haſtam & haſta Tago per tẽpus vtrumq
ſtridens, traiectoque hæſit tepefacta cerebro.
Vorem grauis haſta ſecuta eſt. Sed quanqua
certã nullus fuit error in haſta, nil tamen em
profecit acumine ferri. Illo namq; procul val
dam direxerat haſtã. At Pallas magnis emiſ
viribus haſtam. At vero ingẽtem quatiens Me
zentius haſtam. Tum latè ferreus haſtis horre
ager. Haſtam intorſit equo ferrumque ſub aur
reliquit. Continuo aduerſis Tyrrhæus & ace
Achonteus, connixi incurrunt haſtis.

Sangui-

Sanguinolentum, sceleratum, alienum, longum, solidum, validum. Sanguinolenta grauí vibrans hastilia ferro. Picturata ferunt longis hastilia rostris. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Et paribus cristata legunt hastilia pennis, Oeyus adducto torquens hastile lacerto. Adducto contortum hastile lacerto. Sanguine terra madet, strident que hastilibus auræ. *Hastile.*

Longa, crudelis, acris, improba, atrox. In la- *Lancea.*
inſixit crudelis lancea vulnus. Ibat atrox
em impoſitura duello lancea.

Lorica. Rigens, ſanguinea, torta, grauis, cruē- *Lorica.*
atrox ærata. Fuluaque ſcintilla radiis lorica.
oricam conſertam hamis auroque trilicem.
Clypeumque auroque trilicem loricam indui-
Squallentem loricam auro. Nodis intextam
ncâ ex ære rigentem. Scintillat rotilis lorica
ilis, duplici ſquamâ lorica fidelis. Et aheneis
quamea nodis. Inuia ſarmaticis lorica ſagittis.

Abenus, nexilis, multiplex, grauis, crudus, æ- *Syn.*
rutilus, ſquamifer, ferreus. Ferreus ambi- *Thorax.*
lumbos atque vrdua thorax pectora. Viui-
pectora munit thorace æriſono. Aptaque
ci pectora ſquamifero. Accipe vulcani
ibus thoraca politum. Multiplicem tenues
ant thoraca catenæ. Nexilis emiſsâ pene-
arundine thorax. Thoraca indutus ahe-
ortebat ſquamis ſuraſque incluſerat au-
laterum tractus ſpatioſaque pectora ſer-
exilis innumero chalybum ſub tegmine
. Grauem ſubeunt thoraca lacertí.

Pharetra. Inſignis, ſagittifera. Scythica, reſo- *Pharetra.*
leuis pendens, venatrix, aurata, grauida,
habilis, Gnoſia, Deque ſagittiferâ
duo tela pharetrâ. Ille mihi inſignem
retram. Lyciaſque ſagittas diſcedens de-
Pendentes humeris geſtabant tela Phare-
Pharetra accinctus verſicolore puer. Et
o ſua tela pharetramque virentem mon-
Deprómere tela pharetris.

Corytus. Corytique leues humeris & lethifer arcus. In quibus est nemo qui non Coryton & arcũ, telaque vipereo lurida felle gerat. Turba ruunt stridétque sagittiferi Coryti. Implet Corytos telis. Terga Cydoneâ Corytos arũdine pulsat.

Sagitta. *Sagitta.* Volucris, celer, stridens, leuis Getica, Parthica, trux, præceps, sæua, cruenta, infesta, tortilis, arundinea, pennata. Veloces torquent post terga sagittas. Stridet radiantibus aura sagittis. Dutas iaculari sagittas. Parce puer suas in me torquere sagittas. Ipse manu rutilã gestabat ab ære sagittam. At Venus auratis humeros armata sagittis. Mea crudeles tetigerunt corda sagittæ. Horrendo fugiens stridore per auras. Quę per nubila fertur. Quę aërias nerui stridẽte diuerberat auras. Turpia tela feres, scelleratas ille sagittas. Celeri certare sagittã. Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta perque caput Remuli venit & cana tẽpora ferro traicit. Volucrem Threissa sagittã deprõpsit pharetra. Stridens alis allapsa sagitta est. Fixãque refert delapsa sagittam. Aptare neruo sagittã. Ventos æquans. Qualis coniectâ cerua sagitta quam procul incautã nemora inter Cressia fixit pastor agens telis, lequitque volitile ferrũ. Dum nescius, illa fugâ syluas saltusque peragrat Dictæos hæret lethalis arundo.

Syn. Telum. Vulnificum, sęuũ, nocens, cruentum, noxium, fatiferũ, non reuocabile, iaculabile, missile, euitiale. Telũ quod cuspide fulget acutâ. Rursusque trementia forti tela manu torsit. Altius et cussum caput inter nubila condit telũ. Prosiluitque virũ celeri per pectora telo. Nulli tela aspera mortis dant veniã. Tela ferox horretia quassat. Si Mauors telo rutilãte lacessat. Ipsa pẽsa ruũt Vulcania tela. Viridi præfigetque hasta telo. Deprompsit niuea splendida tela manu. Ignea, ferrea, tela ruunt. Flagranti traiecit pectora telo. Tela manu miseri iactabant inermia Teucri. Telumque imbelle sine ictu conicit

Hic confixum ferrea texit telorum seges & iaculis increuit acutis. Tua coniectis fodientur pectora telis Fertum alii torquent & obumbrant ambora telis. Dixit & hæsurum cly peï curuamine telum misit in Æacidem, quod & æs proximæ per terga nouena bonum decimo tamen orbe moratum est. Excipit hoc Heros rursusque trementia forti tela manu torsit. Telaque in hunc omnes vnum mittuntque ferũtque. Dixit & aduersos telum contorsit in hostes. Telũ intorsit in hostem, inde aliud super atque aliud figitque volatque ingẽti gyro sed sustinet aureus vmbo nec non excussis torquentur tela lacertis. Cunctanti telũ Æneas fatale coruscat fortitus fortunam oculis & corpore toto eminus intorquet, qualis cõcita numquam tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti disultãt crepitus, volat ater turbinis instar. Viderunt oculi telũ iaculatile nostri. Cõfixique tuis telis, & pectora duro transfossi ligno vemunt. It toto turbida cælo tẽpestas telorum ac ferreus ingruit imber. Parilem concurrere tellis.

Volans, stridens, velox, tremulũ, lethale, volutile. Tremulum excusso iaculũ vibrare lacerto. Fulmineisque manum iaculis armatus & hasta. Et modo læue manu iaculum, modo sũpse rit acrem. In iuuenẽ torsit iaculum. Iaculo inualidior leuibusq; sagittis. Iaculum intorquens emittit in auras. Coniecto sternit iaculo. Ille quidẽ iaculo quamuis distãtia misso figere doctus erat, sed tendere doctior arcus. *Iaculũ.*

Sceleratum, acutum, truculentum. Lenta lacertis spicula contorquens. Spiculaque extenso intorta lacerto. Certaque lethiferã dixit spicula dextrã. Hastasque reductis protentis longe dextris & spicula vibrant. Spicula conuerso fugientia dirigit arcu. Ascanius curdixerit spicula cornu. *Spiculũ.*

Volans, pennata, acuta, stridens. Interdum per nubi a fertur arundo. Nãque volans *Arundo.*

liquidis in nubibus arsit arundo. Nec mora sp[l]
catâ sæuitur arundine. Volucri qui fixit arũdi
malum, Perque vterum sonitu perque illa v
nit arundo. Sæuit & infracta luctatur arundi
telum tollere.

Fraxinus. Cygnumque petit nec fraxinus errat, in
humero sonuit non enitata sinistro. In iuuen
torsit iaculum, ferrataque collo fraxinus,
casu iacuit resupinus, adacta est.

Cornus. Volat Itala cornus aëra per tenuem Soni
tum dat stridula cornus, & auras certa sec

ARS.

Operosa, decora, quæstuosa, omnifica. Inue
trix operum. Ingenti fœtus. Ars ingenio cla
sima Naturam quæ supplet, naturæ simia. O
fœtum naturæ matris adumbrat. Non hęc
manis opibus non arte magistra prouenit
Primusque per artem mouit agros curis ac
mortalia corda. Et varias vsus meditando ex
deret artes. Opus magnæ artis. Molli arte fe
animos contudit. Disce bonas artes. Excol
vitam per artes. Vnum Tritonia Pallas q
docuit, multaque insignem reddidit arte. T
dere artes alicui, pro docere. Valere art
est nosse aliquam artem.

Artes liberales.

Ingenuæ, egregiæ, præclaræ, doctæ. Musa
& Apollinis artes Nerui vitæ fonteſque bo
rum. Vnde vita capit cultus & omne decus.

Artes contemnuntur.

Iacent sine laude Camœnæ. Docta Thalia i
cet. Cum cythara passim spretus Apollo iac
Nemo fauet studiis. Hæc sæcula sunt ingrata
dura Camœnis. Ederæ, nunc sine honore ia
ipse licet venias Musis comitatus, Homere
nihil attuleris ibis Homere foras.

Opifex. Doctus, clarus, peritus, manualis. Quanta
perientia docti artificis. Artificis scelus in
se operumque laborem mirantur. Olim ar
nunc artificis manus ære decoro inclusit. M

crudele canebant artificis scelus.

Artes quædam mechanicæ.

Ædificare. Exstruere, struere, condere, figere, formare, fabricari. Ponere vrbis fundamina. Tecta locare, molirique aggere muros. Gratissima condere tecta. Instant ardentes Tytii pars struere muros molirique arcẽ, & manibus subuoluere saxa, pars aptare locũ tecto & concludere sulco. Muros optatæ molirier vrbis. Dum condaret vrbem. Tu mœnia magnis magna para. Alta theatris fundamenta locant alii immanesque columnas rupibus excidunt. Viridi in campo templum de marmore ponam. Tot conecta manu præruptis oppida saxis. Hic vbi cõspicui venerabilis amphiteatri erigitur moles. Primas cum conderet arces. Vrbes præclaram cernis, mea mœnia vidi. Delegere locum & ponere in montibus vrbẽ Romulus æternæ nonam fundauerat vrbis mœnia. Structis exurgũt mœnia muris. Ipse humili designat mœnia fossa. Moliturque locũ primasque in littore sedes. Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit. Murorum attollere moles. Vrbem constituit atque patentia fixi mœnia finitimis inuidiosa locis. Condere cæperunt vrbem arcemque locare. Cingere mœnibus vrbem. Ducere muros. Vrbem quam statuo vestra est. Mœnia ponere, incœptæ assurgunt turres. Æneam fundant arces, & tecta nouantem. Quid prohibet muros iacere & dare ciuibus vrbem? vacuos circumdare campos.

Fabricari. Fabricari, durum procudit arator vo- *Cudere.*
mere obtusi dentem. Recoquunt patrios fornacibus enses. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro. Gemit impositis incudibus Ætna. Illi inter se magnâ vi brachia tollunt in numerũ ictusque tenaci forcipe ferrum. Tela reponunt manibus fabricata Cyclopum. Quinque hinc magnæ positis incudibus vrbes tela mouent. Antra Ætnea sonant, validique incudibus

ictus auditi referunt gemitum stridunt q; cam-
nis. Haud secus ignipotens nec tempore segni
illo mollibus è stratis opera ad fabrilia Tur-
Arma acri facienda viro, nunc manibus rapi-
oni nunc arte magistra præcipitate moras,
plura effatus, ac illi ocyus incubuere om-
pariterque labore sortiti, fluit æs riuis, auri-
metallum, vulnificusque chalybs vastâ forna-
liquescit ingentem clypeum informat vnum
nia contra tela Latinorum, septenosque or-
bus orbes impediunt, alij vertosis follibus aur-
accipiunt reddunt q;, alij stridentia tingunt
lacus, gemit impositis incudibus antrum.

Faber. Ferrarius, lignarius, ærarius, valid-
Faber. sæuus. Ensem immiti sæuus duxerat arte fab-
V. Plura in cudere.

Lanificium. Ars Palladis. Ars Mineruæ. C-
Lanificium. serua datur operum haud ignara Mineruæ. L-
ficæ non cedere laudibus artis. Est mihi qua-
nas molliat apta manus. Tu potes alterius
diis hærere, Mineruæ, tutelas non tela pat-
stamina nosse, tu segnes operum solers vrg-
puellas, & niueam dominæ pensis inuoluere
nam. Doctissimus artis quondam lanificæ,
derator pectinis vnci. Vellera per tenues
producere rimas, & tenuare rudes attrato po-
ce lanas. Nunc glomerare rudes, nûc cursus-
uere lanas. Nunc tenuare leui filo, nunc duce-
telas. Siue rudem primos lanam glomerabat
orbes, seu digitis subigebat opus, repetitaq-
longo vellere mollibat nebulas æquâtia tract-
Diues quæ munera Dido fecerat & tenui te-
discreuerat auro arguto percurrit pectine-
Telâ curas solatur aniles, & pollice docto
mina purpureæ sociauerat aurea telæ Illa c-
stantes radio percurrere telas erudit, & rar-
pectine densat opus. Aut ducunt lanas aut fi-
mina pollice versant, aut hærent telæ famula-
que laboribus vrgent. Haud mora consistu-
diuersis partibus ambæ, & gracili geminas

tendunt ſtamine telas, tela iugo iuncta eſt, ſtamen ſecernit arundo, inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis, quod digiti expediunt atque inter ſtamina ductum percuſſo feriunt inſerti pectine dentes. vtraque feſtinat, cinctæque ad pectora veſtes brachia docta mouent ſtudio fallente laborem: illic & Tyrium quæ purpura ſenſit ahænũ texitur, & tenues parui diſcriminis vmbræ: illic & lentum filis immittitur aurum, & vetus in telâ deducitur argumentum.

Nere Verſare pollice fuſum. Fuſis deuoluere mollia penſa. Plenas exonerare colos, percurrere ſtamina. Carpentes penſa puellæ. ſtamina pollice torquẽt. Aut ducunt lanas aut ſtamina pollice verſant. Siue leuem tereti verſabat pollice fuſum. Digitis torquere ſtamina. Quæ vel ſera moris nulla trahũt digitis nec fuſa ſequẽtia ducunt. Nos humiles famulæque tuæ data pẽſa trahemus, & minuẽt plenas ſtamina noſtra colos. Tortaque verſato ducẽtes ſtamina fuſo. Vos tenui prægnantem ſtamine fuſũ Penelope melius melius torquetis Arachne. Aeternumq; manus carpebat ritè laborẽ. Læua colum molli lanâ retinebat amictam. Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis formabat digitis, tum prono in pollice torquẽs libratum teretiverſabat turbine fuſũ atque ita deſerpens æquabat ſemper opus nens, laneaque aridulis hærebant morſa labellis quæ prius in læui fuerãt extantia filo. Tolerare colo vitã tenuique Minerua. Craſſaque robuſto deducis pollice fila æquaq; formoſæ pẽſa rependis heræ. Ah quoties digitis dum torques ſtamina duris prævalidæ dutos ſominuere manus! Eſt mihi quæ lanas molliat aptamanus Triſtes ſua pẽſa miniſtræ ducebãt medio nebat & ipſa loco. Hinc & fœmineus labor eſt, hinc penſa, coluſque fuſus, & appoſito pollice verſat opus. *Nere.*

Statuarij. Et molles imitabitur ære capillos, excudẽt alij ſpirãtia mollius æra Et viuis cer- *Statuarij.*

tantia vultibus æra. Viuentes sub imagine ceræ. Spirantes animauit imagine ceras. Tollicet veteres ostentent vndique ceras atria, Pictosque ostendere vultus maiorum. Artifemque tuo ducis sub pollice ceram.

ASTRA.

Cæsar. *Cæsar.* Maximus, magnus, egregius, bellator, Troianus. Illustri, prælustri stirpe creatus. Pulchrâ origine natus. Marte togate præcipuus. Stipatus milite multo. Populos multos sub ditione tenens. Tenens sūmas imperii habens.

Crœsus. *Crœsus.* Diues, superbus, magnus. Quem domuit victoria Cyri. Cui magna fuerunt atria. Regum ditissimus. Diuitiis audita cui non opulentia Crœsi. Sunt immensa magni patrimonia Crœsi.

Diomedes. *Diomedes.* Sanguineus, immanis, immitis, cruentus, impius, asper, Geticus, Thrax efferus. Qui humano sanguine pauit equos. Horrenda cumulans præsepia cæde. Humana qui dape pauit equos.

Euāder. *Euander.* Arcas, Parrhasius Palatinus, Arcadius, exul. Romanæ conditor arcis. Rex Arcadius. Exul ab Arcadia Latios Euander in agros venerat Palatinus Heros. Nonatius heros. Sceptra Palatini sedemque petiuit Euandri.

Fabius. *Fabius.* Cunctator, lentus, morans, inuictus, solers, prudens, senex. Qui primus sæuū lento luctamine Pœnum compressit. Infractas minas dilecto Marte fatigans, fulminem vicit lento luctamine Pœnum. Vicit solers tunctando Fabius.

Fabricius. *Fabricius.* Grauis, rigidus, pauper, tristis, Fidelis. Qui contentus honesto munera contempsit regum. Qui spreuit munera Pyrrhi. Cuius pectora nulli peruia culpæ, pectora Fabricij domie inuicta fuere.

Hector. *Hector.* Acer, inclytus, fortis, magnus, ferus, ferox, flebilis, splendidus, atrox, sæuus, armi-

patés, sanguineus belliger. Mauortius, Priameius, Troicus, Tractus ab equis. Raptus ab Aeacidis, flebilis Hector equis. Troiæ defensor. Danaum metus, lux Dardaniæ. Spes fidissima Teucrum. Hector Achillæo transfixus concidit ense. Quẽ victor vita spoliauit Achilles. Qui occubuit sæuis mœnibus laceratus Achillis. Qui peligatus ad axes tetruit admissos sanguinolentos equos. Consanguineus Phœbi mauortius Hector. In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector visus adesse mihi, largosque effundere fletus raptatus bigis, vt quondam aterque cruento puluere, perque pedes traiectus lora tumentes (Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo. Hectore qui redit exuuias indutus Achillis) squalentem barbam & concretos sanguine crines, vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros accepit patrios. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros, exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

Helenus. Priamides. Troiugena. Dardanius, Troianus, vates. Rapta cum Pallade captus. Præterea si qua est Heleno prudentia vati. Troiugena interpres diuum qui numina Phœbi sentis. *Helenus*

Hyppolitus. Castus, pudicus, insons, verecundus, vrbanus, fortis, magnanimus. Amazone natus. Theseius heros. Vir amazonius. Qui cecidit arte nouercæ. Bello fortissimus heros. Qui patrias expleuit sanguine pœnas. Discerptus equis. Fatis erept' acerbis. Qui sceleratæ fraude nouercæ occubuit. Cui valido medicamine prolis. Achilleæ reddita vita fuit. Qui Pæoniis reuocatus ab herbis rursum superas remeauit ad auras. *Hyppolytus.*

Iason. Clarus, efferus asper, superbus, trux, arnipotens, periurus, Achiuus, peregrinus, perfidus. Aesone natus. Dux Thessalicus. Dux Aemonius. Auratæ vellere diues ouis. Profugam *Aesonides.*

qui Colchida luit. Qui tulit auratę nobile vell' *Iason.*

ouis. Aequor Iasoniâ pulsatum remige primus Dux Thessalus.

Menelaus. *Menelaus.* Grauis, dulcis, suauis, Doricus, Mycæneus. Pauca loquens sed acuta Filius Atrei. Doricus hospes. Sæpe Mycæneus post Nestora sedit Atrides.

Mezentius. *Mezentius.* Ferus, ferox, crudelis, immanis, sacrilegus, acer, Tyrrhenus. Contemptor diuum Mezentius. Nil superos curans. Sacrilegus cecidit iustis Mezentius armis.

Nestor. *Nestor.* Annosus, longæuus, facundus, grandæuus, prudens fidus, prouidus audax. Consilio pollens. Aeuo ter functus. Qui tria sæcula vixit. Fandi cui copia larga. Cui dulcis fluxit ab ore sonus. Facundæ senex æui prudentia nostri. Hæc postquam dulci Neleius edidit ore.

Neleius.

Paris. *Paris.* Lasciuus, temerarius, potens, fatalis, roseus, Iliacus, pulcher, formosus, phryx Phrygius, Dardanius, perfidus, Idæus adulter. Interfector Achillis. Phrygius pastor. Pastor cum traheret perfreta nauibus. Idæis Helenam perfidus hospitam. Priameius hospes.

Patroclus. *Patroclus.* Graius, fortis, audax, temerarius, fidelis comes Achillis.

Actorides. Repulit Actorides sub imagine tutus Achillis. Troas.

Menetiades. Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis.

Perseus *Perseus.* Inachius, aureus, celer, ferox pennis alatus. Victor Medusæ. Qui gorgona vicit. Andromedæ corruptus imagine formæ. Anguicomæ superator Gorgonis. Ausus ire per æthereas auras. Qui leuibus pennis volauit per aëra. Qui Andromedem monstro expositam liberauit.

Priamus. *Priamus.* Potens, diues, Dardanius, pulcher Præclarus. Quem doctus Homerus extulit innumeris laudibus. Nouissima tempora Troiæ sortitus. Laomedontiades. Dardanius senex. Dardanii lacrymas non tulit ille senis.

Pyrrhus *Neoptolemus.* *Pyrrhus.* Pelasgus, Graius, Achilleides, ferox

Scyrus, iuuenis. Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.

Regulus. Constans, fidus, ingenuus. Aduersos qui fortiter iuit in hostes. Quique suæ constans nomina laudis habet. Qui mente liber corpore captus erat. Protegat æternam feritas tibi Punica famam Regule. Regulus expositus seruauit sacra fidemque suppliciis. Regulus eximio cui sic fortuna fauore blanda videbatur, nihil sperare liceret afflictis. Regulum fortuna supremis æquarat ducibus. *Regulus.*

Romulus. Martigenus, Mauortius, potens, augur Romanæ conditor vrbis. Qui Mauortia struxit mœnia. Qui Romanos suo de nomine duxit. Quin & auo comitem sese Mauortius addet Romulus. *Romulus.*

Remo cum fratre Quirinus iura dabant. *Quirinus.*

Scipio. Hostis pœnorum & Romani sanguinis vltor Scipio. Ah quoties clari occurrebat imago Scipiadæ, florensque viri ac spectata iuuenta Scipio, virtus infracta malis. *Scipio.*

Turnus. Rutulus audax, Ausonius, lacer, barbarus, trux, implacabilis, furens, bellator, belliger, pulcherrimus. Daunius heros. Præstanti corpore Turnus. Ductor Rhœteius. Præstans animi. Formâ ante alios pulcherrimus omnes. Quem Aeneas vita spoliauit & armis. *Turnus.*

Vlysses. Callidus, durus, sæuus, prouidus, disertus, solers, fortis facundus, subdolus, errãs profugus, vigil. Laërtius heros. Laërtia proles. Rex Dulichius. Hortator scelerum, scelerumque inuentor Vlysses. Aptus furtis, arte instructus Pelasga. Sisyphio generatus sanguine. Eloquio qui Nestora vicit. Sanguine cretus Sisyphio. Aemulus Aiacis. *Vlysses.*

Xerxes. Perfidus, Medus, inflatus, superbus, inuidus, pauidus, Multo comitatus milite, & tamen à paucis fugatus. Qui bella tulit non Marte secundo. *Xerxes.*

EBRIETAS.

Turpis, exitiosa, rubens, improuida, demens;

Corporis eneruãs robur. Operta recludens. Iã prælia quæ trudit inermẽ. Arcana reuelans. Ingenij exhauriens vires animique vigorẽ. Lã diuturna parens coniuuia mensis. Ebrietasque rubens & malè sanus amor. Cedatque improuida cæci ebrietas luxus. Arcanum demens detegit ebrietas. Ebrietas fugienda viro exitiumque, seu altis principibus funesta lues.

Ebrius & inebriari.

Sumpto madefactus membra Lyæo. Mitis & lusus Iaccho. Multoque insanus Iaccho. Somno vinoque sepultus. Multo perfusus tẽpora Baccho. Multo tẽpora quassa mero. Ille mero somnoque grauis titubare videtur. Cõiuæ vacillãtia vino membra mouent, dubij stant labantque pedes. Ebrius ac petulãs, titubans amnisque metoque Senex ferulã titubantes ebrius artus sustinet. Passim vino somnoque per herbam corpora fusa vidēs. Silenum pueri somno videre iacentẽ inflatum hesterno venas, vt semper Iaccho, Multoque iacebat membra Deo victus. Feruẽt multo linguaque mensque mero. Iamque cibo vinoque graues, somnoque iacebant. Assiduo lingua sepulta mero. Plenus epulis, madidusque mero. Hominem cum vini vis penetrauit acris & in venas discessit plutimus ardor, consequitur grauitas membrorũ, prægrauantur crura vacillãti, tardescit lingua, madet mens, nant oculi, clamor, singultus, iurgia gliscunt, & cætera sunt, nisi quod vehemens violentia vini conturbare animam consueuit corpore ipso. Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus cervicem inflexam posuit, iacuitque per antrum immensum saniem eructans. Somno vinoque soluti procubuere, silent late loca. Languidique per herbam indulgent vino, & vertunt crateras ahenas. Gaudebit que mero, mergetque in pocula mentem.

EBVR.

Nitidum, candens, niueum, sedile, splendi-

dum conſpicuum, Indicum. Indici dentis honos. Niuei munera dentis. Ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat. Sectile deliciis India præbet ebur. Nec fulget illic ſplendidum tectis ebur. Sceptro innixus eburno. Altera candenti nitens elephanto.

ECHO.

Garrula, canora clara, vaga, reſonans penetrabilis, reditura. Alternæ vocis imago. Vox reſona. Sonans repercuſſis vocibus. Quæ in fine loquendi ingeminat voces auditaque verba reportat. Vox rediens aduerſi collibus icta. Quæ exceptos iactat in aſtra ſonos. Torua canis Echo procul aſſonat antris. Et vox aſſenſu nemorũ ingeminata remugit. Crebris mugitibus amnes arceſque ſonant ripæ, colleſque ſupini. Aut vbi concaua pulſu ſaxa ſonant vociſque offenſa reſultat imago. Clamorem pulſæ referunt ad ſydera valles. Conſonat omne nemus, vocemque inclusa volutant littora, pulſati colles clamore reſultant. Cõſurgunt gemitu. Rutuli, rotaſque remugit mons circum, & vocem late nemora alta remittũt. Plangentibus aſſonat Echo. Ida reiectant voces ad ſydera montes. Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces, vnã cum iaceres, ita colles collibus ipſis verba repoſſantes iterabant dicta referre. Toto clamauit littore Theſeu, reddebant nomen concaua ſaxa tuum. Et quoties ego, te toties locus ipſe vocabat, ipſe locus miſeræ ferre volebat opem. Adytiſque effũditur Echo clarior Echo clarior, & ductæ, ſpirant præſagia rupes.

EDERE.

Sumere cibos. Præmere dente dapes, cibos. Sedare ieiunia cibis. Victu renouare vires. Poſtquam exempta fames epulis. Vidi atro cum membra fluentia tabo mandaret, & tepidi tremerent ſub dentibus artus. Patriis epulandum ponere menſis. Frondibus arboreis & amaro paſcitur herbâ. Frondibus & victu paſcun-

tur simplicis herbæ. Nō nisi delecta pascitur ille fera. Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuentus porcetui tergo bouis, & lustralibus extis. Fames ignota ad littora vatū accisis coget dapib' consumere mensas. Nullos contigit ore cibos. Miseros morsu depascitur artus. Molle soporatam & medicatis frugibus. Offā obiicit ille famē rabida tria guttura pandens corripit obiectam. Diripiunt auidæ viscera nostra ferę. Desuenit quernā pellere glande famem. Solebat ieiunia soluere glande. Capiēdo nulla videtur aptior hora cibo. Dapes auido conuellere dēte parabat. Non epulis saturare famem. Tū vltro reuocāt vires. Ambesas subigat malis absumere mensas. Sūpraque pallenti sepē de cortice grana presserat ore suo. Nec lāguida fessi corpora sustentant epulis. Seu stimulāte famē cū victor ouilia tandē, faucibus inuadit siccis leo, mandit hiante ore fremens imbelle pecus patuloq; rodūdat gutture sanguis. Manuq; pabula decerpsi, decerptaq; dente momordi, tū corpora cuncta fessa labore grani. Vt dapibus cōpressa fames, primusve quiouit impetus edendi. *V. epulæ.*

ELEMENTA.

Inter se pugnantia semper. Quatuor numero. Quatuor hæc simili cum sint elementa figura prædita, nō vno pergūt tamen incita motu. Sed hæc sursum leuitas rapit, illa deorsum pondus, & hunc vnum dedit iis natura meatum. Quatuor omnes finguntur species nitidi sub culmine cæli, quamquam mutatis pereant redeantque figuris, quotidie tamen æterna lege propagant.

ELIGERE.

Deligere Sobolem armento sortire quot' annis. Vidi lecta diu & multo spectata labore degenerare tamen ni vis humana, quot annis maxima quaque manu legeret. Huc delecta virum sortiti corpora passim includunt. Nec non & pecoris est idem delectus equino.

ELOQVENS.

Qui est dulcis copia fandi. Qui præstat dulcedine linguæ. Celebris facundæ munere linguæ. Quem tritonia Pallas quem docuit, multaque ingenium reddidit arte. Arguto faciens verba diserta sono. Pieriis pollet studiis, multoque redundat eloquio. Larga fuit semper tibi copia fandi. *Diserus Facundus.*

Eloquentia.

Facunda. Latialis, culta, exculta, mellita. Blandæ modulamina linguæ. Liquido verba fluẽtia cultu. Verba diserta. Oris facũdia culti. Graciaque exculti defuit eloquii. Facũdissima gratia linguę. Facundia melle dulcior. Torrens dicendi copia. Cecropiæ imbutus latiæq; Mineruæ artibus. Nam seu diuersi frenat inconstantia vulgi, nõ alius sedare queat, seu iudicis ira fit placanda, tuis poterit mitescere verbis, non Pylos, aut Ithace tãtos genuisse fatentur. Nestora, vel paruæ magnum decus urbis Vlyssem. Nec enim tibi sola potentis eloquii virtus. Cũ tua mœstos defensura reos vocẽ facundia mittit, quis non attonitus iudex tua rapiet ora? quis regi ipse suam mihi fas sit per tua pectora mentem. Nam tu siue libet pariter cũ grandine nimbos tensaque vibratã iaculari fulmina lingua, seu iuuat adstrictas in nodum cogere voces & dare subtili viuacia verba caterua. Tum Laertiadæ breuitatẽ vincis Atridæ; dulcia tum magis, liquidoque fluentia cursu verba, nec inclusa sed aperto pingere flore, inclyta. Nestorei tibi cedit gratia mellis. Feralia bella fulmine compescet linguæ. Cum dulcia soluere æquabat Pyllæ Neleia verba senectæ. Dulce loquendi põdus, & attonitas sermo qui duceret aures. Victrix opulentia linguæ. Mox vbi pulsa mora est, atque os cæleste solutum hoc superos iures more solere loqui. Eloquio qui Nestora vincit. Hyblæis vox mista fauis. *Facundia. Eloquentia.*

EPVLARI.

Inire conuiuia. Instaurare epulas. Dapibus epulantur opimis. Luxuriant epulisque vacant genialibus. Nutrimus lautis mollissima corpora mensis. Cæsis gens est epulata iuuencis. Tu das epulis accumbere diuũ. Discubuere toris procores, & corpora tostã carne replent, vinoque leuant curasque sitimque. At quũ pulsa fames & Bacchi munera dulcã lauarunt mentem. Sed bene cœnandi vos decipit: ecce dabit iam semissum leporem, atque aliquid de clunibus apri. *V. Edere.*

Epulæ.

Geniales, dulces, lautæ, lætæ, suaues, opimæ. Regales epulæ mensis, & Bacchus in auro ponitur. Epulæque ante ora paratæ regifico luxu. Onerantur opimis structæ epulis mensæ. Non illis Massica Bacchi munera non illis epulæ nocuere repostæ. Dapibus mensas onerabat inpri. Postquã est in thalami pendentia pumice tecta peruentũ, manibus liquidos dant ora fontes, germanæ, tõsisque ferunt mantilia villis. Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt pocula. Postquam primus quies epulis mensæque remotæ crateras magnos statuunt, & vina coronant. Certatim instaurant epulas, atque omine magno crateras læti statuunt, & vina coronant.

Conuiuium. Dulce, suaue, lætũ lautum, celebre, magnificum, tempestiuum splendidum, luxuriosum, instructum lautis epulis. Miscebant festis conuiuia lauta diebus. Pinguis sub vite celebrant conuiuia fronde. Fœcũda animis celebrant conuiuia lætis. Luxuriosa parant lauti conuiuia mensis. Dulcis cum multo celebrat cõuiuia Baccho. Mutuaque inter se læti cõuiuia curant. Iam pater Aeneas & iam Troiana iuuentus conueniunt, stratoque super discũbitur ostro: dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris expediunt, tonsisque ferunt

Conuiuium.

mantilia villis. Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo cura penum struere, & flam-mis adolere penates, centum altæ, totidemque pares ætate ministri, qui dapibus mensas onerent, & pocula ponãt. Duro concordes cespite mensas instituũt, & permisso libamine Baccho. Luna pars optima mensæ est data. Instituunt de more epulas, festamque per vrbem regificè structis celebrant conuiuia mensis. Tũ vacui circa vicino in littore mensas instituunt, festoque agitant cõuiuia ludo. Adolere focos, epulasque recentes instaurare iubet dictis, parere ministri certatim accelerant: vario strepit icta tumultu regia, pars ostro tenues, auróq; sonantes munire toros, altosq; inferre tapetas, pars mensas releuare manu ac disponere mẽsas. Exsurgens solio, dextramque benignè apprẽdens hospitis sublimẽ ex more locauit purpureis consedere famuli, turmæq; frequentes discurrũt. Non vna dapes, non pocula simplex cura fuit variare viris. Pars aurea gestãt vasa manu, pars crystallo splendentia puro. Astalii effossos gẽmis crateras in ampla implebant spumante mero, quod miserat olim ipsa parens. Meroẽ Bacchoque succensa propinquo.

Mensa. Laura, opulenta, ornata, effusa Cerea celebris, instructa. Mensa dapum vario ponere titubans. Lautis mensa parata cibis. Lautos suppeditans prodiga mensa cibos. Quam cerealia munera grauant. Quam decorat dulce falernum. Epulis onerata. Non tibi gemmato ponentur prandia mensis. Quæ nunquam horiunt alacres fastidia mensæ. Constituit cenatores apponere mensas. Mensis imponere cibos, Epulis mensas onerare.

Mensa.

EQVES.

Seuerus, loricatus, bellator, leuis, egregius, armatus, acer. Agitator equorum. Qui cursus reducit equestres. Flectere doctus equorũ colla. Torquẽs frenis ora fugacia equi. Qui fertur

equo. Equos qui flectit habenis. Qui fatigat equos. Qui spumantis equi fodit calcaribus armos. Qui spumantia frænis ora cita orum dextra contorquet equorum. Colla ferocis equi flectantia torquens. Qui frementes ad iuga cogit equos. Qui manibus molitur habenas. Qui celeres detorquet habenas. Frenato qui ducit equo. Qui est versatus in equis.

Equitare.

Subdere calcar equo. Premere fræna manu. Terga equi premere. Vehi, ferri, inuehi equo. Insidere equo. Quassare campos alite equo. Equo ibat in armis. Vi pedum quadrupedes citare volucres. Spumantis equi fodere calcaribus armos. At puer Ascanius mediis in vallibus acri gaudet equo. Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat. Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus exercetur equis, domitantque in puluere currus. Volat per hostes vectus equo. Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. Ille fremētes ad iuga cogit equos. Exercebat equos, curruque in bella ruebat. Armine facto quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Dum certum flectit in orbem quadrupedis cursus spumantiaq; ora coercet. Ipse tamen velox celerem super edere corpus audet equum validisque sedet moderator habenis. Admisso subdere calcar equo. Cum rapidum effusis ageret sublimis habenis quadrupedem. Immitem quatiebat equum spumantia sæuo fræna cruentantem morsu. Tergumque premebat agris equi. Arduus altis pernerui ictus equis furit. Talis equos alacer medio inter prælia. Turnus fumantes sudore quatit. Conscendunt in equos. Tyrioque rubētia succo terga premunt. Quadrupedis cursus spumantiaque ora coērcere. Siue ferocis equi flectit colla recurua, exiguo flexos miror in orbe pedes. Sic auriga solet feruētia Thessalus ora mobilibus frænis in aperto flectere cāpo. Qui mo-

do non solũ rapido permittit habenas quadrupedi, sed calce citat, modo torquet in auras flexibiles rictus, & nũc ceruice rotata incipit effusos in gyrum carpere cursus. Quum vectaris equo simulacraque Martia ludis, quis molles fugas, quis tendere centum acior, aut subitos melior si exisse recursus? Vtque tuis primum sonipes calcaribus arsit igneſcunt patulæ nares, non sentit arenas vngula. Volat ecce per hostes vectus equo spumante Bages. Spumanteque agitabat equũ. Obuersi huc illuc, pressis pugnare habenis ille licet, cũ Bucephali luctantia collo flecteret Aemathius iuuenis, dorsoq; sederet indomiti inconcussus equi, quo texeret arte ex aliis alios idemque retexeret orbes: tum subsultantem hinc premeret calcaribus, illinc frenaret fræno, gradibusque sonare doceret in numerum motis, dein æquore latus aperto ante Necumque datis, Zephyrumque volaret habenis. Rapidum calcaribus vrget cornipedem, lasciue volat temeraria frænis.

Calcar. Durum, rigidum, ferratum, æratum, ferrum, cruentum. Armi quo fodiuntur equi. Quo latus equi tunditur. Quo vrgentur equi. Suis calcaribus vrgent. Doctus equi fodere ferratis calcaribus armos. *Calcar. Stimulus.*

Habena. Valida, teres, effusa, vaga, stridula, angusta, cita, facilis, rapida, vndans, lenta, laxa. Moderamen æquorum. Manibus effundere habenas. Immittere habenas. Flectere equum habenis. Supprimere habenas. Permittere, concedere habenas. Manibus moliri habenas. Corripere lora manu. Lora tenere manu. *Habenæ. Lorum. Frænũ.*

ERIGERE.

Attollere, extollere, tollere. Tendere supinas ad cælum cũ voce manus. Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas. Arcemque attollere tectis. Erectos ad sydera tollere vultus. Fratris moribunda leuabat membra solo. Oculos iam morte grauatos. *Attollere.*

ERROR.

Dubius, malus, vanus, inextricabilis, temerarius, densus, perplexus. Nimium sibi credens error. Mentem malus abstulit error.

EVANESCERE.

Tenues recessit in auras. Tenues fugit ceu fumus in auras. Mortales visus in medio sermone reliquit. Et procul in tenuem ex oculis evanuit vmbrã. Excedere in auras. Nocti se immiscuit aurã. Tenues vanescat in auras. His medijs dictis sermonem abrumpit, & auras aëria petit, seque ex oculis auertit & auferens sic fugit tenuem Phœnissa evanuit vmbram. Effugit imago pernicibus ventis volucrique simillima somno. Iuter complexus excidit vmbra meos. Dixit & ex oculis subito ceu fumus in auras commixtus tenues fugit diuersa, neque illa prensantem nequicquam vmbras & multa volentem dicere præterea vidit. Ter conatus ibi collo dare brachia circumactæ frustra comprensa manus effugit imago. Tabuit, inque levem paulatim evanuit vmbras.

EVCHARISTIA.

Cælestes epulæ. Certa salus iustis. Panis est Christus. Hoc est corpus ait, meus hoc vulnere sanguis fundendus commissa hominum qui diluat. Vita piis erit atque eadem mortalibus esca: vna eademq; salus fluet atq; eadem venenum: sic ait atque suis manibus sese ipse ferebat, ipse onus, ipse oneris moderator & portitor ipsum se nobis epulandum præbet; nimirum panis erat, quæ vini essentia quondam, fecerat Christi, corpus sacrumque cruorem transfert subitò, salvis vtriusque figuris. Suprema salus hostiæ, perpessa plagas & vulnera dira.

Numen inest, magni præsentia numinis horret. Christus ad est, veroque animis se corpore nostris terrenam in speciem, vescis sub frugibus offert, mortalesque fugit crusti sub imagine visus. Corpore, visceribusque suis, & sanguine opimo

primo nos Christus factat sacræ dapes. Niuea-
que latens Christi sub imagine numen. Omnes
in sacro libamine pauit. Libamus sacrũ sa-
cro cum sanguine corpus: Nam simul ante ara
ipsa illa augusta sacerdos protulit ore tre-
mens, cœlo dilapsus ab alto Christus adest, vi-
noque epulis se corpore miscet. Triticos orbes
in sua viscera vertit. Tenuia liba diuinos Chri-
sti conuiuas ut in artus. Immedicataque liba in
se conuertit Christus. Diuinas libare dapes,
verumq; dapis sub imagine numen concipi-
re. Latus inest numen. Deus insidet intus: Chri-
stus adest, & nos inuitat corpore vescõ. Liba
mystica diuinum velantia corpus. Liba quibus
sanctas assumsse profano. Qui tibi tãtus amor
nobis, vt tua viscera nobis ob iceres epulanda,
daret te in pocula, in escam diuini pabula
amoris. Christus triticeo conditus orbe latet.
Diuinæ solennia cœnæ. Nos agni teneros ar-
tus: nos ossa, caputque, infractosque pedes, ar-
dentiaque ignibus exta triticea sub fruge edi-
mus. Intimus Agni spiritus intus alit tectis
sub farre medullis. Nos integer intras victima
sancte, tuis quoties accumbimus aris. Æthere i-
ste Agni pateris libare cruorem & vescos ca-
ros artus sacrare per aras. Immensumque epu-
lis comprehendere numen. Ille olim vitæ con-
tulit sub imagine fontem implebitque sacros
fluminis cœlestibus orbes triticeis mistus lagenis.
Christus se triticea sub imagine totum, vi-
noque latens totum sub regnine præbet, vt
bibat potetque suos: vt candida semper hostia
perpetuas, rubicundaque perstet ad aras. Pate-
ra diuinum haurite cruorem, miscetique Deo.

EXCELLERE.

Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.
Quantum alios virtus tua prætetit omnes, ante
alios quantum Pegasus ibat equos. Ante alios
pulcherrimus omnes. Hęc tantũ alias inter ca-

put extulit vrbes, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Ipse inter primos præstans corpore Turnus vertitur arma tenens, & toto vertice supra est. Quâ nihil in terris ad finem Solis ab ortu clarius (excepto Cæsare) mundus habet.

EXCVSARE.

Crimen remouere. A culpâ eximere. Da veniã quæso nimioq; ignosce timori. Si qua mea fuerint, vt erunt, vitiosa libellis, excusata suo tẽpore lector habe. Culpâ liberare nocentem.

EXPECTARE.

Parui temporis adde moram.

EXPERIRI.

Tentare. Periclitari. Nil intentatum, inexpertum, inausum relinquere. Per varios vsus artem experientia fecit. Cuncta prius tentanda. Tentanda via est.

Experientia.

Facilis, rerumque magistra.

EXPLICARE.

Aperire. Memorare. Rem omnem ordine pandere. Arcam monere, retexere, prodere, reuelare. Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Expedian dictis, & te tua fata docebo. Fert animus casus tantarum expromere rerum. Obductum verbis vulgare dolorem.

EXPROBRARE.

Obiicere, obiectare. Ducere probro. Vertere vitio.

Probrii. *Probrum.* Fœdum, nefandum, dirum, turpe, seruile. Turpia probra. Cœpit eum multis diris incessere probris.

EXTINGVERE.

Gelidis restinguere fontibus ignes. Paulatim extinguitur ignis? Nutritur vento, vento restinguitur ignis? lenis alit flammas, grandior aura necat.

EXVERE.

Ponere, deponere, vestem, velamina. Reiicere ex humeris vestem. Membrorum artus nudare.

Exuuias ponere. Deponere amictũ. Deducere vestem. Eripere amictum. Duplicem ex humeris reiecit amictum. Magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque nudauit.

EXILIVM.

Durum, miserum flebile, infelix, nefandum, turpe, infaustum. Pro quibus exilium durum mihi reddita merces. Abnegat excisa vitã producere Troia, exiliumque pati. Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum. Diuersa exilia, & diuersas quærere terras augurriis agimur diuũm. Collectam exilio pubem, miserabile vulgus, vndique conuenere animis opibusque paratis in quascunque velim pelago deducere terras. Heu nunc misero mihi demum exilium infelix.

Exilio multare & vi.

Patria pellere, expellere, eiicere. Pellere ab oris patriis. Alter victus abit, longeque ignotis exulat oris. Diuersa exilia & diuersas quærere terras augariis agimur diuũm. Dulcia lumina linquere. Alio patriam sub Sole iacentem quærere. Adimere patriam alicui. Exiliũ dira pœnã pro cæde luebat. Exulet & toto quærat in orbe fugam. Exulat ignotis Tydeus germanus in oris. Regnoque domoque pellimur, eiectas vltimus orbis habet. Pellimur è patriis laribus, patimurque volentes exilium. Nos patria amissa dominis parere superbis cogemur. Vagus exul in orbe errabit toto patriis eiectus ab oris. Patria pulsus, dulcesque penates linqueret, & tristes exul traheretur in oras. *Exules.*

Profugus, fugatus, relegatus, exturbatus, eiectus, patria pulsus, vagus, mœstus, miser. Sedibus excussus patriis. Errans per varios casus, per dira pericula vitæ. Sedibus incertis errans, alienaque limina lustrans. Cui perpetuo patria cellure carendum est. Patriis expulsus ab oris. Finibus expulsus patriis. Ignotaper tristes exul

Exulare

agens casus. Exul erat patriâque carens. Altera victus abit, longeq; ignotis exulat oris. Littore tum patriæ lacrymans portusque relinquo, & campos vbi Troia fuit, feror exul in altum cum sociis. Fama volat pulsũ regnis cessisse paternis Idomenea ducem. Per freta, per scopulos exulis ibo comes. Exul inops erraᵛ, alienaq; limina lustrat. Exulat Ausoniâ profugus delator ab vrbe. Et regnis exul ademptis. Me pulsum patriâ pelagique extrema sequentẽ fortuna omnipotens & ineluctabile fatum his posuere locis. Exul agor, cineresque viri, patriamque relinquo, & feror in duras hoste sequente vias. Caumus in Ausoniâ constitit exul humo.

FABER.

Validus, fortis, durus, sæuus. Versans tenaci forcipe ferrum. Magnâ vi brachia tollens. Accipiens ventosis follibus auras. Flamma domãs duritiem acris ferri. Rigida exercens validis incudibus æra. Ignes quatiens, follesque trementes exanimans, & passo agmine instingans ventos. Cui multo malleus ictu sonat circum aures.

FABVLA.

Figmentum. Fabella Mendax, lepida, solers, bella, vana, ficta, garrula, inanis. Indigna relatu. Expers veri. Fabula plena fuco. Aures implebit fabula nulla meas.

FALX.

Curua, præcurua, acuta, adunca, ferrea, dura, peracuta, trux, vulnifica, recurua, agrestis, seua, sanguinea. Iam falce recurua vltima rura metunt. Procuruam expectant falcem. Florentesque secant herbas. Neque ante falcem maturam quisquam supponat aristis. Curuæ rigidi falces conflantur in ensem. Partim succidit curuamine falcis ahenæ. Pallida mors dura singit falce metit. Nudus in herbiſecam redigebat Martia falcem arma faber. Non faculo grauis est sed adunca dextera falce. Cadit incurua falce resecta Ceres. Accelerent vncata falce

miniſtri. Maturæque habilem ſegeti ſupponere falcem. Bis ſuit inflexâ falce reſecta ſeges. Agreſtem ſumit poſito diademate falcem.

FAMA.

Incerta, vaga, volitans, velox, volucris, ſagax, ſuperſtes. Prænuncia rerum. Volitãs per regna, per vrbes. Poſtremo vix peritura die. Magnarum nuncia rerum. Volans præpete pennâ Mobilibus veniens pennis per inania cæli. Fama frequens totam circumuolat orbem. Vacuas implens ſermonibus aures. Fama malum quo non velocius vllum mobilitate viget vireſque acquirit eundo, parua metu primo, mox ſeſe extollit in auras, egrediturque ſolo & caput intet nubila condit, illam terra parens progenuit pedibus celerem & pernicibus alis: monſtrum horrendum, ingens, cui quot ſunt corpore plumæ, tot vigiles oculi, tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures. Concuſſam bacchatur fama per vrbem, Sed circum latè volitans iam fama per vrbes Auſonias tulerat. At nos vix tenuis famæ perlabitur aura. Fama volat paruam ſubito vulgata per vrbem. Et iam fama tanti prænuncia luctus Euandrum, Euandrique domos, & mœnia complet. Vana quoque ad veros acceſſit fama timores. Fama loquax vehras ſi iam peruenit ad aures. Hic incredibilis rerum fama occupat aures. Famamque foue-mus inanem.

Vagus, volans, interea per inane volans it rumor ad vrbes. Si trepidus vulgauerit omnia rumor. Toto rumor in orbe ſonat. Labitur hic ſubito Romana per oppida rumor. Rumor vt eſt velox, agitatis peruolat alis. Rumoreſque ferit varios, ac talia fatur. *Rumor.*

FAMES.

Rabida, veſana, inſana, ſæua, maleſuada, dira, ambitioſa, inops, mœſta, triſtis, grauis, pallida, exoſa. Mortis alumna, miniſtra. Hominum truculenta tyrannis. Ardor edendi. Otia pigra *Inedia. Furies.*

sequens rabies improba ventris. Malesuada fames & turpis egestas. Iamque comes semper magnorum prima laborum sæua fames erat. Fallet cætera turbâ fame. Cogebat vacui ventris furor hostibus ipsis pallorem ac maciem. Collecta fatigat edendi ex longo rabies. Impastus ceu plena leo per ouillia turbans (suadet enim vesana fames.) manditque trahitq; molle pecus. Pallida semper ora fame. Tristes denunciat iras, obscœnamque famem. Inextincti conficiare fame. Fractus morboque fameque. Imperiosa fames. Curæ insomnes & violenta fames. Sec nec anhela fames, nec te sitis arida lædat. Vrgentem famem vili restinguere victu. Terra fames multovix tandem explenda cruore. Nil habet & lentâ deperit ille fame. Vexata est fœdâ peste fameque graui.

Famelici descriptio.

Petit ille dapes sub imagine somni oraq; vana mouet dentemque in dente fatigat, exercetque cibo delusum guttur inani, proque epulis tenues nequicquam deuorat auras. Vt vero est, expulsa quies furit ardor edendi, perque auidas fauces, immensaque viscera regnat: nec mora, quod pōtus, quod terra, quod educat aër poscit & appositis queritur ieiunia mēsis, inq; epulis, epulas quærit quodq; vrbibus esse, quodque satis poterat populo non sufficit vni, plusque sapit, quo plura suam dimittit in aluum: vtque fretū recipit de totāflumina, terrā nec satiatur, aquis peregrinosque ebibit amnes: vtque rapax ignis non vnquā alimenta recusat innumerasque faces cremat & quo copia maior est data, plura petit, turbaque voracior ipsa est, sic epulas omnes Erisichthonnis ora profani accipiūt poscūtque simul: cibus omnis in illo causa cibi est semperque locus fit inanis edendo. Iamque fame patrias, altique voragine ventis attenuarat opes, sed inattenuata manebat tum quoque dira fames implacatæque vigebat flāma gulæ,

undem demisso in viscera censu filia restabat non illo digna parente, præbebatque auido non iussa alimenta parenti. Vis tamen illa mari post quam consumpserat omnem materiam dederatque graui noua pocula morbo ipse suos artus lacero diuellere morsu cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Famem depellere.

Pellere, repellere, leuare famem, Placare, sedare ieiunia. Famem vili restinguere victu. Concussâque famẽ in syluis solabere quercu. Postquã exẽpta fames & amor cõpressus edendi. Languida fessi corpora sustentant epulis. *V. edere.*

FARINA.

Triticea, minuta, puluerea, tenuis. Illi triticea tingunt sua rostra farina. Pascitur & dulci facilis gallina farina.

FATVM.

Crudele, miserum, impium, acerbum, triste, cœcum, graue, durum, surdum, cruentum, sollicitum. Occulti miranda potentia fati. Inelucta bile fatum. Immites Erebi furiæ atque immania fata. Præceps agit omnia fatum. Fata volentem ducunt nolentem trahunt. Fata manent immota. Fatis agitatus iniquis. Horrendo nequicquam exterrita fato. Sic improba fata ferebant. Sic erat in fatis. Mollibus & verbis mollia fata leues. Sunt qui sydereis tribuant hæc omnia fatis. Nunc terribili moriantur corpora fato. Sola insuperabile fatum nata mouere potes.

FAVERE.

Quisquis es ô faueas nostrisque laboribus adsis. Annuere votis. Dare se alicui placidum. Adsis pede diua secundo. Consulite & rebus succurrite duris, Da facile cursum atque audacibus annue cœptis. Ferte viam venti facilem & spirate secundi. *V. Auxiliari.*

FAX.

Fumida, flammifera, radians, ardens, ignea, splendida, feruida, micans, flagrans, nocturna,

fulgens, rutila. Facibus lucet radiantibus aula. Flammiferæ pinus. Pinea ræda. Fax de stipite facta. Accenso igne micantes. Fert ecce auidus in pinea Turnus tecta faces. Fœminea lucentes portat ab igne faces. Fumantesque antora faces. Et ingenti flammantem nubila sulco direxit per inane facem.

Lampas
Tæda.
Facula.

FELIX.

Felix ô nimium felix! Terque quaterque beatus. Quem promissa manet cælestis portio regni, perpetuæque manent præmia vitæ. Cum felix quis enim neget hoc, felixque manebo. Vltima semper expectanda dies homini est dicique beatus ante obitū nemo, supremaque funera debet. O mihi felicem terque quaterque diē. Viuite felices quibus est fortuna peracta.

FERRE.

Gestare.
Portare.
Tollere.
Efferre.

Congestaque robora duris fert humeris. Fert ingens toto connixus corpore saxū. Succedo oneri. Ipse leuabo humeris & dorso tuta locabo. Axē humero torquetstellis ardentibus aptū. Quem secū patrios aiunt portare penates. Turpe est quod nequeas capiti committere pondus. Sua materno colla dedere iugo. Cum foret Æneæ cerui subiecta parēti. Nulloque premeret onere. Ergo age chare pater ceruici impone noſtræ. ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit. Non lum subacta ferre iugum valet ceruice. Saxum circumspicit ingens, vix illud lecti bis sex ceruice subirent.

FERTILIS.

Fœcundus.
Ferax.

Terra potēs vbere glebæ. Semina data multo cum fœnore reddens. Arua colonis respondentia. Terra vbere læta. Lætis flauens aristis. Ferens messes opimas. Omnia liberius nullo poscente ferebat terra. At si non fuerit tellus fœcunda. Frequens herbis, & fertilis vbere cāpus. Plurima purpureo spumabāt dolia musto. Plurima pressantes inquinat vua pedes. Dēfessa miratur messor aristas. Aspice curuatos pomo-

rum pondere ramos, vt sua quod peperit vix ferat arbor onus.

sterilis. Male fœcunda. Nulla pignora reddens. Triste solum, sterilis sine fruge, sine arbore tellus. Non sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo mista fere duris vtilis herba rubis. Sæpe etiam steriles incendere profuit agros. Sic dominum sterilis sæpe refellit ager. *Infœcundus.*

FESTINARE.

Accelerate gradum. Maturare fugam. Celeri pede humum pulsare. Festinate Viri quæ vos tam fera moratur segnities. Haud mora continuo fugit ille per vndas ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta. Euolat hæc pedibus celer & pernicibus alis. Euolat illa Noto citius, volucriq; sagitta. Iam propera, nec te venturas differ in horas. Tolle moras semper nocuit differre. Tum celerare fugam. En age segnes rumpe moras. Ocyor ceruis & agente nymbos ocyor Euro. Tenuit mora nulla vocatos. Præcipitatque moras omnes. Haud mora festinãt iussi, rapidisque feruntur passibus. Quin age si quid habes in me mora non erit vlla. Cursibus auras prouocat. Iam iam nulla mora est, sequor, & qua ducitis adsum. Illa gradum studio celebrat anili. Inde vbi clara dedit sonitum tuba finibus omnes haud mora profiluere suis. Fugit ilicet ocyor Euro, speluncamque petit, pedibus timor addidit alas. Volucri curru medium secat agmen. Inde alii celerant cursus, fluctuat incertus ipse Aeneas.

Celerare. Properari.

Nec Turnum segnis tenuit mora. Hæc fatur virgo & pernicibus ignea plantis transit equum cursu.

FESTVM.

Lux sacra, lux festa, lux celeberrima, Sacra solennia. Illuxit festiua dies. Luce Sacra requiescat humus, requiescat arator. Annua solemnia. Musis solennia nostris. Salue festa dies, meliorque reuertere semper. Sacra die pera-

gendi Sacra. Mos delubra Deum miseri, quibus vltimus esset ille dies, festâ velamus fronde per vrbem. Festum celebrare sacerdos iusserat. Festumne veras celebrare diem? Prospera lux oritur: linguisque animisque fauete. Forte Ioui Phœbus festum solemne parabat.

Festum Paschæ.

Celebrare, sacratum, sacrũ. Paschatis annua festa. Festa dies Paschæ. Sacra dies qua deuicta iam morte redemptos Christus ab inferno carcere duxit auos. Qua Deus exsurgens cœlos reserauit.

FIDES.

Sancta, intemerata, pura, sacra, sacrata, impolluta, constans, honesta. Rectus amor, pietas, intemerata fides. Sincera fides tot iam celebrata per annos. A te seruata est semper honesta fides. Nulla fides regni sociis, omnisque potestas impatiens consortis erit. Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur. Qui labor est puram non temeraſſe fidem? Seruabo pactam tempus in omne fidem. Incorrupta fides nudaque veritas. Tibi maxima rerum verborumque fides Hæc quoque adhuc vitæ non est fiducia nostræ certa satis. Nullaque fiducia capto. Humanis quæ sit fiducia rebus admonet. Si qua est fiducia fortis.

Fiducia.

Videre.

Afflictis confidere rebus. Heu nihil inuitis fas quemquam fidere diuis. Omnis spes Danaum, & cœpti fiducia belli. Palladis auxiliis semper stetit. Fidens animi atque in vtrumque paratus. Nil pictis tumidus nauita puppibus fidit. Desinat elatis quisquam confidere rebus. Ne dubites, adsitque tuæ fiducia formæ. Crede fortunis hominum caducis. Nunquam rebus, credere lætis. Dictis facilem se præbet.

Confidere.

FIGERE.

Pectora cum duro luctantia robore fixit. Seu

Infigere

poloque infixit acuto. Quin ipsa arrectis (visu mirabile) in hastis præfigunt capita. Postibus aduersis figo, & rem ordine pando. Hæret lateri lethalis arundo. Crebrâ confixus cuspide perstat.

FILVM.

Subtile, tenue, prætenue, gracile, teres, læue, textile, nodosũ. Textilibus percurrere stamina filis. At quicquid leuibus filis cõnectit & auro.

FINDERE.

Primi cuneis scindebãt fissile lignum. Partes vbi via findit in ambas. Altè findituꝛ in solidũ cuneis via. Cuneis fissile robur scindere? Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis scindebat raptâ spirans immane securi.

FINIS, FINIRE.

Operis fastigia summi. Et iam finis erat. Imposuit rebus finemque modumque. Nec vestra capit discordia finem Pierides cœptis addite summa meis. Quem das finem rex magne laborum. Hic finis Priami fatorum, hic exitus illum forte tulit. Finem dedit ore loquendi. Curis imponere finem. Exitus acta probat. Hoc opus exegi fessæ dare serta carinæ, continuimus portum quo mihi cursus erat. Scipio longæuo gaudens posuisse labori iam finem. Dulcibus optabam verbis imponere metam. Syn. *Exitus. Meta.*

FISTVLA.

Rustica, dulcis, caua, canora, blanda, septiforis, arguta. Garrula syluestri fistula sacra Deo. Fistula non cessans syluestrem fundere musam. Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula. Solamenque mali de collo fistula pendet. Arguta sacra pendebit fistula pinu. Sic rustica quondam fistula disparibus paulatim surgit auenis. Suadetque leues caua fistula somnos Septem cecinit fistula blanda modos. Dicunt in tenero gramine pingunt custodes ouium carmina fistula. In densæ gremio frondis, quantibus custodes ouium ludite fistulis.

Calamus. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Panaque qui primis calamos non passus inertes. Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Vbi argutis longe de vertice sacro dulce sonat calamis ducit stabula omnia cantu. Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.

Arundo. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Leue ceratâ modulator arundine carmen. Suspirat motos in arundine ventos. Dissimili tenuem variabat arundine ventum.

Auena. Syluestrem tenui musam meditaris auenâ.

Tibia. Biforem dat tibia cantum. Aut vbi curua choros induxit tibia Bacchi.

Stipula. Stridenti miserũ stipulâ disperdere carmẽ.

Cicuta. Hac te nos fragili donabimus ante cicutâ.

FLECTERE.

Inflectere, curuare, incuruare, recuruare, sinuare, torquere, detorquere, intorquere.

Flectere genua.

In terra posito procumbere genu. Potest flexo succubuisse genu. Positisque in margine tipæ procubuit genibus. Positoque genu. Tritonia terram pressit. Non ego si merui dubitem procumbere templis. Sic cadit inflexo lapsa puella genu. Terram genibus summissa petebat. Et genibus pronis supplex. Proiiciet submisso poplite corpus. Genu gemitum curuare. Supplex volutur ante pedes. Flexoque genu iam totus ad terram ruit. Nixa genu. Supplex iacet allapsus genibus.

FLERE.

Gemere. Longas in fletum ducere voces. Mœstis late
Queri. loca questibus implet. Longis singultibus ilia
Suspirare. pulsat. Rigat mœstis fletibus ora. Multa gemens, largoque humectat flumine vultum. Tũ
Vlulare. vero ingentem gemitum dat pectore ab imo.
Lugere. Nunc cassum lumine lugent. Flet noctẽ thalamoque sedens miserabile carmen integrat, & mœstis late loca questibus implet. Nunc Amici

ctum gemit, & crudelia secum fata Lyci. Ille suspirans, imoque trahens à pectore vocem. *Lacry-*
Talia vociferans gemitu tectũ omne replebat. *mari.*
Lachrymas effudit, & omnẽ impleuit clamore *Eiulate.*
locum. Talia fundebat lacrymans, longosque
ciebat incassum fletus. Vultum lacrymis atque
ora rigabat. Ut lacrymans guttisque humectat
grandibus ora. Quis talia fando Myrmidonum,
Dolopum ve aut duri miles Vlyssis temperet à
lacrymis. Visus adesse mihi largosq; effundere
fletus. Sed grauiter gemitus imo de pectore du-
cens. Sic ait illacrymans. Audiit. Alcides iuue-
nem, magnumq; sub imo corde premit gemi-
tum. Hæc vbi defleuit, tolli miserabile corpus
imperat. Labitur ex oculis tunc quoque gutta
meis. Procubuit super atque hæret lacrymans-
que geménsque. Flere licet, certè flendo dif-
fundimus iram perque sinus lacrymæ fluminis
instar eunt, has semper solas habeo semperque
profundo hument incultæ fronte perenne ge-
næ. Tunc denique fleui, torpuerant molles an-
te dolore genæ. Ipsa nihil præter lacrymas pu-
dibunda profudit. Lacrymis oculi rorantur ob-
ortis. Non puduit ruptis exululare comis, non
aliter quam si nati pia mater adempti portet ad
extructos corpus inane rogos. Ingemit & tacito
suspirat pectore. Nec lacrymas oculi tenuere
cadentes. Siccine eam incomptis vi-
disti flere capillis. Ulius ex oculis multa cade-
bat aqua. Heu quoties præsaga mali violauit
oborto rore genas.

Fletus.

Tristis, Mœstus, miserandus, luctisonus, acer-
bus, miser, amarus, rorans, tener, tepens, tremu-
lus. Humentes comprimere fletus. Oscula iun-
gentes fletu maduere recenti. Nati fletu cog-
nouit inanes. Talesque miserrima fletus fertq;
refertque soror. Sed nullis ille mouetur fleti-
bus. Nùm fletu ingemuit nostro? nùm lumina
flexit?

Lacrymæ. Rorantes, triſtes, teneræ, ægræ, mœſtæ, madidæ, ſtillantes, redundantes. Non lacrymis cruere genæ. Rorant lacrymis lumina feruidis. Redundantes lacrymas & anhela parumper ora preme. Ingreditur lacrymiſque Deum liquentibus orat. Lumina detectis turpia ſunt lacrymis. Credita res, captique dolis, lacrymiſque coacti. Sic effata ſinum lacrymis impleuit obortis. Effuſæque genis lacrymæ & mox excidit ore. Lenibat dictis animum lacrymaſque ciebat. At ſocii multo gemitu lacrymiſque impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes. Lacrymæque per ora volutæ.

Gemitus. Flebilis, grauis, atrox, lacrymabilis. Gemitu lacrymabilis imo auditur tumulo. Duro gemitus ſub corde premebat. Gemitus ingerit vſq; graues. Mœſtuſq; per omnes it gemitus. Ingentem gemitũ tunſis ad ſidera tollũt pectoribus, Talia vociferans gemitu tectũ omne replebat. Ingentem gemitum dat pectore ab imo. Atque attractus ab alto ſpiritus interdũ gemitu grauis. Quoſve dabas gemitus? Lamentis gemituque & fœmineo vlulatu tecta fremunt.

Lamentum V. bulatus. Plangor. Planctus. Luctus Queſtus. Sæuus, vlulabilis. Ipſe vltro ſæuis plangoribus amens tecta replet. Reſonãt latè plãgoribus ædes fœmineis vlulãt. Tecta fremũt reſonat magnis plangoribus æther, non aliter quã ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis Carthago, aut antiqua Tyrus, Flammæque furentes culmina perque hominum voluantur perque Deorum

Amarus, vrgẽs, acer, informis, horribilis, ſegnis æger, exanimis. Magno turbantur mœnia luctu. Vitam in tenebris luctuque trahebam. Mœſtoque immugit regia luctu. Luctus edax, macieſque malis comes addita morbis. Luctu acerbus abeſt.

Infauſtus, amarus, funereus, veſanus. Flebilis auditus queſtus. Non ego funero fœdaſſem lumina queſtu. Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.

Fletum sistere.

Lacrymas inhibere, cohibere, comprimere, supprimere, tenere, retinere, continere, temperare. Sedare fletus. Lumina siccare. Temperare lacrymis & à lacrymis.

FLOS.

Niueus, mollis, suauis, blandus, rutilus, odoratus, candidulus, fulgidus, halans, pulcher, cofuscus beneolens, vernus. Odorato germine tidens. Viridanti in gramine gemmans. Humili in gramine vernans. Vento agitante cadens. Dans lumina patris. Qui dulcem latè diffundit odorem. Oblectans animum variis modis. Mulcens gramineum solum suaui odore. Vere nouo lætis decorantur floribus arua. Semper odoratis spirabunt floribus arua. Iuga floribus halant. Mulcebant Zephyri natos sine semine flores. Hic ver purpureum, varios hic flumina circum fundit humus flores. Purpureus veluti cum flos succisus aratro langueſcit moriens. *Floscul⁹ Gemma.*

Florere.

Formatis operitur floribus arbor. Nũc omnis parturit arbor. Purpureis collucẽt floribꝰ agri. Induere se in florem. Florea gemmato gramine prata virent.

Flores varij.

Amaranthus Immortales amaranthi. Purpureus, æternus. Flos amoris. *Amarãthus.*

Anemone. E lacrymis, morientis Adonidis orta. Purpurea, rubens. Flos Adonidis, Adonidus. *Anemone.*

Bellis, idis. Candida, ignobilis pratensis. Pratorum gloria, Pratorum gemmæ. *Bellis, Idis.*

Caltha. Crocea, lutea, luteola, ignea, aurea, fulua. Phœbisequa, Solisequa. Caltha flauis verticem radiis comatum torquet ad Solis iubar. Spectare solem gaudet, & paribꝰ diem, noctemque spatiis diuidit. Similis color cognatum syderibus florem probat. Caltha caput flauum radiis ornatur & auro; solis amor quõdam solem spectare serenum (hic sensus flori est, hæc vna cupido) laborat, vertice cõuerso sese cõtorquet *Caltha.*

amatas. Ore bibens flammas: simili cum sydere lucem metitur gyro & spatiis æqualibus horas diuidit.

Heliotropiū. *Heliotropium.* Aspice vt erecto tollunt se stipite flores, extremâque solum tangere stirpe dolent. Cognatum æthereis caput astris surgit, amico mollia velle putes oscula ferre polo. Conuerso sequitur fugientē vertice solem, & similes gyros æmula turba rotat. Flos ego, Pæstani non vltima gloria prati, & Corcyræo regulus in nemore. Nomen ab agnato. Phœbi traho sydere, præ quo. Narcissi nollē nomen inesse mihi. Illud ego comitor, nullo tamē impete sydus. Columque obtutu metior omne meo. Nunquam Memnonio fine me eluctatur ab ortu, nec subit occiduas me sine Phœbus aquas. Dum tamē illius passus sine passibus æquo, nunquam è natali pes mihi cedit humo.

Hyacinthus. *Hyacinthus.* Purpureus, blandus, roseus, mollis florens, candidus, tener, pulcher, dulcis, ruber, rubens, Oebalius, Oebalides. Munera sunt lauri atque suaue rubens hyacinthus. Nec non vel niueos, vel purpureos hyacinthos. Deque sinu fluxere rosæ molleſq; hyacinthi. Qualem purpureo demissum pollice florem, seu molli violæ, seu languentis hyacinthi: cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma receſſit, non iam mater alit tellus. Rubefactaque sanguine tellus purpureum viridi genuit de cespite florem qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.

Granatillus flos, seu flos indicus. signa Passionis Christi referens.

Flos qui pictis Christi nomenque, necemque impressa in foliis inspicienda refert. Flos nouus Americi gloria prima soli. Vectus ab indis Peruuiæ gloria prima plagæ. Debilis adiecto fulcitur stipire floris truncus, in immundā ne violetur humo. Vtque suas melius sustollat in aëra frondes, effitiūr iustam subdita ligna crucem. Tortilis ascendit flos subdita ligna, cruci

Operari Exercere laborem. Subire, sustinere labores. Indulgere labori. Ferre laborem. Superare labores. Exercere vires. Exhaurire laborem. Impendere curam. Labores pati, perpeti, tolerare. Formicæ æstate laborem experiuntur. Puer puer iam inde à teneris impende laborem. Insuleos perferre labores. Scilicet omnibus est labor impendendus. Nec durum possunt perferre laborem. Quid tantum insano iuuat indulgere labori? Quidve sequens tantos possim superare labores? Inde genus durum sumus, expediteque laborum. Quantos primus patiare labores Turne, tot incassũ fusos patiare labores! Impatiens erat ille laboris. Frigora sæua pati nibus non cedere nimbis, æstiuum tolerare ardebat, transnare sonoras torrentũ furias, aspera vincere montes, planitiem cursu, valles & colla saltu: nec nõ inclypeo vigiles perducere noctes, in galea portare niues, nunc spicula contendere, nunc glandes Baleari spargere fundas. Nec te pœniteat duros subiisse labores, aut operi insuetas attenuasse manus. Non desint graui succumbant membra labori.

Labor.

Opera. *Opus.* Improbus, durus, prædurus peruigil, annosus, grauis, Herculeus, operosus, rigidus. Labor omnia vincens. Tedia longa laborũ. Series immensa laborum. Nunquam cessaturus. Tardus multa pariens. Altrices augens opes. Ardua memoranda, celebranda, perficiens. Tum vas

...re artes, labor omnia vincit improbus, & ...s vrgens in rebus egestas. Quem das finem ...m magne laborum? Sis felix, nostrumque le... quæcunque laborem, Tantaleamque firim... ...ormenta, labores Sisyphios, Difficilis ri... res est tolerare labores. Omnibus vna ... operū, labor omnibus vnus, Magnusque ... geminauerat æstum. Famulasque laborí... vrgent. Non tibi desidias molles, nec mar... ...xu otia, nec somnos genitor permisit iner... sed nouas per duros instruxit membra labo... Venturæq; hyemis memores æstate laborā ...periuntur, & in medium quæsita reponunt: ...que aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto ...rcentur agris, pars intra septa domorum. ...cisi lachrymā, & lentū de cortice gluten, ...a fanis ponūt fundamina, deinde tenaces ...spendunt ceras, aliæ spē gentis adultos edu... fœtus, aliæ purissima mella stipāt & liqui... distendūt nectare cellas. Qualis apes æstate ...per florea rura exercet sub sole labor. Ac ...ati ingentē formicæ farris aceruū cum po... hyemis memores, tectoque reponunt: it ...rum campis agmen, prędāque per herbas, ...ectant callē angusto, pars grandia trudunt ...ia frumenta humeris pars agmina cogūt, ...cigātque moras, opere omnis semita feruet. *Opus.*

Opus. Cœptum, inceptum, grande graue, no... ...e, conspicuum, immortale. Artis opus raræ. ...is parum cauti pectoris. Ad solitum rusti... ibat opus. Ferre militiam & graue Martis ...pus. Opera ad Fabrilia surgit.

LABYRINTHVS.

Cœcuus, recuruus, inextricabilis cæcus. Dęda... ...secretus. Tectum fallax. Cæca tecta. Mō... ...læ ambages. Innumeras errore vias. Inex... ...icabilis error. Destinat hunc. Minos thalami ...mouere pudorem, multiplicique domo cęcis ...cludere tectis. Dædalus ingenio fabrę cele... ...rimus artis ponit opus turbatque notas, &

l mina flexu ducit in errorem variarũ ambage viarum. Non secus ac liquidis Phrygius Maeandrus in vndis ludit & ambiguo lapsu refluus fluitque occurrẽsque sibi venturas aspicit vndas & nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum incertas exercet aquas: ita Dædalus implet innumeras errore vias, vixque ipse reuertit ad limen potuit: tanta est fallacia tecti. Vt quondã Creta fertur labyrinthus in altis parietibus errantem cæcis iter, ancipitemq; mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi falleret indeprehensus & irremeabilis error. haud aliter, &c.

LAC.

Dulce, niueum, tepidum, liquens, candens, purum, hœdinum, ouile, vaccinum. Lacteus, humor. Niuei munera lactis. Tremuli tremebunda coagula lactis. Sunt nobis mitia poma, & pressi copia lactis. Lactisque alimenta dedere. Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit. Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans.

Lactare.

Dare vbera. Lactis alimenta dare. Præbere vbera. Alere lacte. Dare mammam. Alere lactis ope. Vbera suggerere, admouere. Quẽ sine matris honore nutrit inhumanæ dura papilla lupæ. Armentalis equæ mãmis & lacte ferino nutribat teneris immulgens vbera labris. Vbera sugunt, & sibi permissa lactis aluntur ope.

Mulgere. Hic alienus oues custos bis mulget in hora, & succus pecori & lac subducitur agno. Bina die siccant ouis vbera. Hanc vitulam ne forte recuses bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus. Si lac præceperit æstus vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. Distentas siccãt pecudes, & lacte negato, sordidus exhausto sorbetur ab vbere sanguis. Hinc fessæ pecudes pingues per pabula læta corpora deponunt, & candens lacteus humor vberibus manat distentis. Vbera dẽt saturę manibus pressãda capellę.

Mulgere.

Nec tibi fœtę more patrum niue implebunt mulctralia vaccæ, sed tota in dulces consument vbera natos. Quam magis exhausto spumauerit vbere mulctra, læta magis pressis manabunt flumina mammis.

LACTEA VIA.

Ne te præteream veterum celeberrima vatum lactea carminibus via, lato limite cælum quę decoras, dirimisque & sera nocte refulges nautarisque oculis, toti & spectabilis orbi luce nitens grata quoties in nubibus aër mittit in ocensos cæli ad palatia visus, & quia conspicuo cæli candore notaris. Lactea nomen habes vel quod (nisi fabula priscis vatibus imposuit) de magnę lacteus humor vbere Iunonis fusus transuersa per astra, cæruleum infecit candenti limite cælum: sunt quibus ad superos magni tecta tonātis hac iter esse placet. At quibus occultas rerum perquirere causas cura fuit, multas magno sine lumine stellas cęnigua credunt colla luce nitorem gignere, sed qualem vel sera crepuscula reddunt, vel cum venturo pallescunt sidera Phœbo.

LAMBERE.

Lingere, attingere lingua aliquid. Fingere lingua alumnos. Angues sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Piscesque impasti vulnera lambent.

LANIARE.

Ipsique suos iā morte sub ægra discissos nudis laniabant dentibus artus. Discerptum latos iussit sparsere per agros. Vnguibus & rostro prędas trahet ilia vultur, & scindent auidi per sola corda canes. Sic tibi furiis scindat latus ira flagello, dilaniet vigilisq; te quoque turba canum, diripiantque tuos infamis vnguibus artus. Vinebant laceri membris stillantibus artus. Corpore omni nusquam corpore corpus erat. Viscera adhuc animæq; aliquid retinentia membra dilaniat. Mille lacer spargere locis, & san-

Dilaniare. *Lacerare.* *Dilacerare.* *Discerpere.* *Exoriare.*

guine ſyluas fœdabis. Tunc fleui, rupique ſinus & pectora planxi, & ſecui madidas vngue rigente genas. Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem. Tergora diripiũt coſtis, & viſcera nudãt. Direptu pareant tua viſcera pelle. Ingulãt pecudes & viſcera viuis eripiunt. Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus, nec quicquam niſi vulnus erat, cruor vndique manat detectique patẽt nerui, trapidæq; ſine vlla pelle micant venæ; ſalientia viſcera poſſes. & pellucẽtes numerare in pectore fibras. Carpit inaumeris feralis beſtia dextris: fruſtatim ſibi quiſq; rapit quod ſpargat in auras, quod canibus donet, coruis quod edacibus vltro offerat immundis cœno exhalante cloacis quod tradat. Diſciſſumque feris animalibus omne cadauer diuiditur. LAPIS.

Silex. Durus, rigidus, grauis aſper, muſcoſus, Muſco circumlitus. Magnæ offa parentis Qui molli cauatur aquâ Riuus muſcoſo proſilit è lapide.

Saxum. Durum aſperũ, præruptum horridum, montanum, muſcoſum, ſcrupeum, murale. Spumea circum ſaxa madent. Multaque rubentia circa lubrica ſaxa madent. Non me latebroſa mordebunt ſaxa. Rube ſub aëria ſcabris hortentia ſaxis. Muris furore ſaxaque naufraga. Non ſcrupea ſaxa locorum præcludunt aditus. Caſtraque præruptis ſuſpendunt ardua ſaxis.

Lapidibus obruere.

Sæua ſaxorũ grandine aliquem obruere. Affligere lapidũ imbre. Grandinis in more proiectis vndiq; ſaxis pulſare. Saxea mole obruere. Hinc atq; inde ferit caua tẽpora ſaxeus imber, & circum frontẽ ſtridet fera marmora. Saxorum Stephanus grandine pulſus obit.

Lapides quidam.

Magnes. Magnes. Decolor, niger, ater informis. Ferrum attrahens. Obuia trahens metalla. Lapis eſt cognomine magnes decolor obſcurus. Noua ſi nigri videas miracula ſaxi.

Marmor. Nobile, pictum, insigne, purum, sordum, nitidum, nitens, læue, cæruleum, gemmeum, durũ, frigens, muscosum, Dalmaticum. Spartanũ, Phrygium, Parius lapis. Trigentia canis marmora, quæ Spartę Pariisque oriuntur in agris. Tum Phœbo solido de marmore templa instituam. Et viridi in campo templũ de marmore ponam. Stabunt & Parij lapides spirantia signa. Mea Mygdonio fulgebãt marmore tecta. Non procul inde virens Spartano marmore moles.

Pumex. Muscosus, exesus, cauus, leuis, latebrosus, asper, cauernosus. Generatus in æquore pumex. Sine pondere pumex. Asper ab assiduo lympharum verbera pumex. Pumicibusque canis exesęque arboris antro. Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi. Est specus ista structuræ punicis instar.

LAPSVS.

Celer. pronus, præceps, vagus præpes placidus. Celeri pergunt vbi flumina lapsu. Precipiti lapsu, quodcunque creatum est decidit, & celeri rapitur sub sidere lapsu. Voluat per ordine prępete lapsu. Placido per pectora lapsu se insinuans. Celeri lapsu de montibus adsunt Harpyiæ.

LATRINA.

Sordida, immunda, fœtida, olida, fœtens, turpis, inamœna, graueolens, putrifica, grauem, sordidum quæ spirat odorem. *cloaca.*

LAVARE.

Mergere corpus aquã. Tingere corpus aquã, Tingere corpora lymphis. Puro se in fonte lauare. Artus liquido perfũdere rore. Corpus fluuiali spargere lymphã. Corpus demittere in undas. Superfusis tingere corp' aquis. Corpus liquore perfundere. Fluuio humectare. Lumina effosi fluidum lauit inde cruorem. Manibus liquidos dant ordine fontes germanæ, tonsęque ferunt mantilia villis. Dant famuli ma-

nibus lymphas. Pluuia ingenti sata læta boũ que labores diluit. Certatim largos humero infundere rores, nunc caput obiectare itẽ, nunc currere in vndas, & studio incassum videas gestire leuandi. Bisque die lapsis Pegasei vertice syluæ fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat. Abluere hic artus, lassataque membra parabam. Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam vulnera siccabat lympha. Hic dea syluarum venat, fessa solebat virgineos artus liquido perfundere rore. Dumque ibi perluitur solitâ Tritania lymphâ bracha mersit aquis. Spargite me lymphis. Orique suscepta mane lauentur aqua. Forte suos dum perluit artus. In alludentibus vndis summo pedẽ, raloque tenus vestigia tingit. Manus paras fontana perluit vnda. Stomachum supponere fontibus audent Gelida cum perluor vnda. Nec mora temperie blandarum captus aquarum mollia de tenero vêlamina corpore ponit: illa cauis velox applauso corpore palmis desilit in latices, alternaque brachia iactat in liquidis transluceat aquis vt eburnea si quis signa tegat claro, vel candida lilia vitro. Innumerio sine vortice aquas, sine murmure cursus acceſſi, primũque pedis vestigia tinxi: poplite deinde tenus, neque eo contenta recingor, molliaque impono salici velamina curæ, nudusque mergor aquis. Dulcibus idcirco fluuius pecus omne magistri perfundunt vellusque arietis in gurgite villis mersatur, missusque secundo defluit amni.

LAVDARE.

Celebro. Aliquem laudibus efferre. Laudibus in cœlum tollere. Ad cœlum vsque laudibus efferre. Aliquem laudibus ornare. Laudibus aliquẽ illustrare. Afficere laudibus. Laudibus aliquẽ celebrare. Impertire, tribuere laudem. In aliquem laudes conferre. Carminibus celebrare aliquẽ. Multo celebrare carmine. Tollere in astra cœlo laudibus æquare. Virtutem extendere factis

Dare mūnera laudū. Dicere præconia laudum
Dictis extendere nomen. Carminibus semper
celebrabere nostris. Carminibus vines tempus
omne meis. Nec gens vlla tuos æquè cele-
brabit honores. Quibus cælo te laudibus æ-
quem? Laudibus extollere. Prædicare per or-
bem, ergo rite suum Baccæo dicemus honorē
carminibus patriis. Teucros insigni laude fere-
bat. Nimium gaudens popularibus auris. O
celebrande mihi cunctis pollentia sæclis.
Multi Roma tuas laudes annalibus addent. Me
quam celebrat vir, mihi dicite laudes? can-
untur toto nomen in orbe meum. Sed numero
laudis senatus excipit, & meritas reddit ti-
bi curia voces. Barbara pyramidum sileat mi-
racula Memphis, assiduus iactet nec Babylona
labor: Nec Triuiæ templo molles laudentur
honores, dissimulatque Deum cornibus ara fre-
quens. nec vacuo pendentia Mausolea la-
bitur in modicis Cares in astra serant: omnis
Caesaris cedat labor Amphitheatro, vnū pro
cunctis fama loquatur opus. Quantum fas erit
tua dicere facta dicemus. Daphnimq; tuū tol-
lemus in astra. Et puer iste fuit cantari dignus.
Carminibus nostris non indictus abibis. Te no-
stra Vare myrice, te nemus omne canet. Ergo
tua laudes facta per vrbes sint mihi, semper-
que nec celebrabere cantu. Te sæpe ergo car-
mina, te lyræ nostræ sonabūt: vox tibi seruiet
dicata, præbebitque nostris materiam tua laus
camœnis. Nec tu carminibus regina tacebere
nostris, quaque patet tellus liquido circūsona
Thetis posteritas te sera canet, duque aurea vol-
uet astra polus, memori semper celebrabere fa-
ma. Eia alacres cuncti Domini celebremus ho-
nores, luce canā te, nocte canam te, nulla care-
bit laudibus hora tuis. Non te deficient nostræ
memorate camœnæ. Nulla mihi statuent finē
te fata canēdi. Iste quidem merito clarissimus
omni posteritate dies per secula longa feretur.

Honor. Gloria Decus Nomen.

Laus.

Magnifica, illustris, insignis, cælestis, superba, egregia, eximia. Generosa, tangens, stimulans præcordia. Nescia mortis. Mansura per ævum. Nullo vnquam delebilis ævo. Inclyta præconia famæ. Laudumque immensa cupido. Magnum ad virtutem gloria calcar habent. Nunc vives celebri laude perenniter. Illa solicitat fastuosæ gloria laudis. Sua vivaci decorabit sæcula laude. Hi proprium decus, & patrium indignantur honorem, ni teneant vitam que volunt pro laude pacisci. In freta dum fluuii current, dum montibus vmbræ lustrabunt conuexa polus dum sydera pascet, semper honos nomenque tuum laudesq; manebunt. Punica se quantis attollet gloria rebus. Iam canitur toto nomen in orbe meum.

Nomen expetere, & laudis cupidus.

Captare famam. Ad laudem rapido cursu dare cursu. Veneri studio laudem, & dubios exposcere honores. Eximio laudum succensus amore. Laudum perculsus amore. Quem tenet laudum immensa cupido.

LECTVS.

Mollis, iugalis, stratus, tremulus, perlucidus, socius, genialis, plumeus. Plumeâ congerie tumidus. Quassus ab imposito corpore. Lecti mollia strata. Mihi iam fulcro sternatur lectus eburno. Lectus genialis in aula est. Residet fulgente puerpera lecto.

Thalamus.

Amicus, pudicus, genialis, dulcis, patiens multam quietem. Reddens solatia multa. Tum me confectum curis, somnoque granatum, infelix habuit thalamus, pressitque iacentē dulcis & alta quies, placidaque simillima morti. Thalamis ne crede paratis. Post vbi iam thalamis se composuere silebit.

Torus.

Placidus, molliculus, culeus, fulgēs, ignauus, iugalis. Dormit & in pluma purpureoq; toro. Venator defessa toro cum membra reponit.

Conuenere toris iussi discumbere pictis. Ac medio totus est hebeno sublimis in antro plumeus. Ad molles membra resolue toros. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto.

Molle agreste, pictum. Corripio è stratis corpus. Haud segnis strato surgit Palinurus. Exigit è stratis corpus, Mollibus è stratis operta ad fabrilia surgit. *Stratum.*

Molle, dulce, placidum, gratum, ignauum, Eneruans fortes animos. Ignauo tempus terit omnes cubili. Eneruãt animos plumosa cubilia fortes. Cum subit auricomus nocturna cubilia Titan. Tepidoque trahunt secura cubili otia. Membra leuat sensim vili demissa grabato. Lectica dormit resupinus eburnã. *Cubile. Grabatũ Lectica.*

Lectum petere.

Dare corpora somno. Membra locare toro, Membra toro reponere. Petere somnum. Procumbere toro. Collapsãque membra marmoreo referunt thalamo, stratisque reponũt. Ad astra redire Pulchro componere corpora lecto. Decubuit thalamo. *V. Dormire.*

Lecto surgere.

Surgere mollibus è stratis, Corripere è stratis corpus, membra, artus. E stratis consurgere. Tepido tollere membra cubili. Mollia placidi linquere strata tori. Membra leuare sensim vili demissa grabato. Toro consurgit ab alto. *Vide Surgere.*

LEGERE.

Percurrere oculis. Perlustrare oculis. Lustrare, peruestigare legẽdo. Excutere oculis. Euoluere libros. Detinuere oculos carmina nostra meos. Perlege quodcumq; est, quid epistola lecta nocebit? Littera est oculos illa morata tuos. Veterũ voluens monumẽta virorũ. Quis te ferret perlegeretque liber? illa fronte precor carmina nostra legas. Perlege quodcumq; est memorabile. Ille rogat vt sua verba legas. Verbaque honorato ferre legenda viro. *Perlegere.*

Liber. Volumẽ Codex. *Libr.* Cultus, excultus, argutus, incultus Honore carens. Plenus nominis, Volumina culta, elaborata, erudita. Dantia au hori nomen. Plena laboratis habeas cum scrinia libris. Tu lepidos sale tinge libellos. Ite domum, cultumque illi donate libellum.

Lector.

Sedulus, studiosus, vigilans, ingenuus, acutus, benevolus, candidus. Versans scripta manu. Lustrans, vestiganſque legendo.

LEVIS.

Gravitate carens. Expers gravitatis. Quod est sine pondere. Sarcina parua. Nil gravitatis habens, ponderis. Pondere vacans. Quod habet plurimum leuitatis. Cursibus auras anteit. Ventos æquans velocitate.

Leuitas V. Vanitas.

LEX.

Imperiosa, sancta, sacro sancta, sacrata, aspera, impia, seuera, iniusta, rigida. Sacratæ sanctio legis. Legis moderamen. Vinctæ legibus Magnis agitant sub legibus æuum. Lex à sanguine ducta. Non legibus vllis teneor.

Quippe etiam festis quædã exercere diebus, fas & iura sinunt Rhemo cum fratre. Quirinus iura dabant. Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Iura dabat.

Legem statuere.

Leges dicere, dare imponere, indicere. Sub leges vocare. Legibus vrbem fundare. Legem sancire. Iura dabat, legesque viris, operumque laborem partibus æquabat iustis. Continuo has leges, æternaque fœdera certis imposuit natura locis. Reddere iura foro. Cõponere legibus orbem. Patribus se legibus ambæ inuictæ gẽtes æterna in fœdera mittent. *V. Imperare.*

Legem violare.

Vlum. ficus. Sacrata resoluere iura. Legum contemnere edicta. A lege recedere. Negligere legem. Perrumpere, perfringere, violare legem.

Auramia velox. Hic, nunc diuitias nigranti-
abdidit antris. Nec tenebris damnauit opes
ingentes umbræ: iuuenerat inmunera hominū
cæteruas. Quippe velut declso currentia
nimbo carnere semper erat, populis
penates: aliquos intrare inopes, remea-
Præceps illa, nudnat fluuios superi
aurea dura vomens, si quis tellure
sollicitis fodiatur imum collibus auru
pigra fuit nobis tua gratia rebus, nec
munifica arca negauit opes. Quis tua
orum iuuenis facunde iubrum limina pau-
Quem non animosa beatum excipit,
iuuat indulgentia censu?

LIBERTAS.

a, cãdida, blãda, pulchra, maxima, Quæ
rimum vespexit inerte. Partæ pietas & del-
nunc libertatis amor. Nec bene pro toto
venditur auro. Aeneadæ in ferrum pro
ruebant. Natosque pater nouo bella
ad pœnam pulchri pro libertate vo-
Miluus imprudens spes libertatis inanis.

LIBIDO.

ta, insana, vesana, dira, praua, pernitiosa, *Cupido.*
ea, sæua, petulans, infamis, immoderata, *Ardor.*
spurca, obscœna impura. Macerans ignis. *Prurigo*
Diuis odiosa libido. Consiliis inimica bo- *Flamma*
Corpora commaculans, animasque in Tar- *Ignis.*
mittens. Veneris rabies malesana nefãdæ *Amor.*
um peperit spurcissima mater ebrietas. Cæ-
libido sollicitant mentes. Qua gratia versa
Brevis & non vera voluptas. Sed & hunc
libido exstimulat, pronumque genus re-
nibus illis in Venerem est. Vexat mentes
sana libido, simul ac venas inflauit terra libi-
Hinc rapit ambitio, rapit hinc furiosa libi-
frons ficta, obscœni mores, petulansque li-
Pullulat & fumit vites animosa libido.
mores petiere boni, regnatque libido im-

proba. Vicit amor iuuenē, tulit imperiosa libido. Intulit hunc pueris luxum corrupta libido.

Libidinari.

Mechari. Veneris castra nefanda sequi. Impuros ignes sectari. Trahi, rapi libidine. Venerē ciere. Rumpere fræna pudoris. Casu amisso polluto corpore florē. Lugeo virginei demissa flore pudoris. Hic thalamum ineasit natorósque hymenæos. Vos vbi contempti rupistis fræna pudoris, crede mihi nobis imperat magis. Veneris sordidissima crimina passus. Castos polluto maculauit corpore mores.

Libidinosus.

Veneris castra nefanda sequens. Blandæ libidine captus. Percitus, concitus, vetrā furens libidine. Quem agit vesana libido. Inflatus vesanā sæuā libidine. Stimulus agitatus amore. In venerem Satyrorum est prona iuuentus.

Adulter. *Adulter.* Turpis, temerarius, obscœnus, nefarius, sputeus. Socialia fœdera rumpens. *Mæchus* Martialia frangens fœdera. Violans thalamum. Veritum torum sollicitans. Violans sacra iugalis sortis tori. Huc illuc temerarius errat adulter. Abditus interea latitat secretus adulter.

Adulterari. *Adulterari.* Violare iura mariti. Fallere lectum tori. Thalamos violare iugales. Temerās cubile. Vetitū sollicitare torum. Coniugij fallere fidē. Legitimos toros linquere. Coniugale solutum nere fœdus. Lædere, deserere fœlicia fœdera. Ausus es hospitij temeratis aduena sacris. Legitimam nuptæ sollicitare fidem.

Adulterium. *Adulterium.* Turpe, spurcum, arcanum, impurum, sordidum. Furta tori. Furtiua voluptas. Furtum veneris. Furtiui fœdera lecti. Arcanu connubialia iura vertis adulterio.

Meretrix. *Meretrix.* Obscœna sordida, sagax, effrena, perfida, adultera, auara, turpis, blanda, blādiloqua. Quoslibet incautos flectere docta viros. Gressibus incertis errans à tramite recto. Re cordo gerens, fucatis fallere docta dolis. Ille

...ris qua fallit amantes. Stat meretrix certo ...ercabilis ære. Nec se virginibus me... obscœna videndam exhibeat. At procul ...cto meretrix effræna pudore.

LICENTIA.

Effrænata, furibunda, vesana, damnosa, lasci... domita. Ætatis damnosa licentia no... Sic procul à nobis obscœna licentia. Sua... licentia luxum. Quos vehit indomiti... iosa licentia Martis. Cœci vesana licentia ...oris.

LIGNVM.

Fissile, sectile, durum, ramosum, roboreum, vi... aridum, inutile. Fouens, tremulas, flãmas. Crepans in mediis focis. Nam primis cuneis findebant fissile lignum. Ipse vides incendere fissile lignum. Crine virens & tonsile lignum.

LIMITARE.

Ponere, figere metas. Liuida me spatio natura ...ruit arcto. Gallica certus limes ab Ausoniis ...erminat arua. colonis. His ergo nec metas ...rum nec temporâ pono, Terminat imperium Oceano. Vix ita limitibus discreuerat omnia ...tis. Nec signare quidem, aut partiri limite ...pum fas erat. Saxum antiquum ingens, cã... qui forte iacebat, limes agro positus, litem ...discerneret aruis. Non fixus in agris, qui re... gret certis finibus arua lapis.

Terminare.

Limes.

Longus, spaciosus, rectus, certus, attritus Fi... in agris. Qui regit certis finibus arua lapis.

LINVM.

Tenue, albens, nitens, maculosum, Pelusiaco, ...lum componere lino. Mollia & albenti con... texere pallia lino. Matrona caput lino ve...ta ...centi.

LIQVEFACERE ET LIQVEFIERI.

Fluit æs riuis, aurique metallum, vulnificus... que chalyb. vasta fornace liquescit. Vere nouo

gelidus canis cum montibus humor liquitur. A Zephyro putris se gleba resoluit. Vt intabescere flauæ igne leui ceræ matutinæque pruinæ tepente solent: sic attenuatus amote liquitur. Liquitur vt glacies incerto saucia sole. Nix iacet & lasam nec sol pluuiæque remouunt. Niues mollit aquaticus Auster. Quamquam Titan soluere Titan dudum fluxere niues. Niuibus de monte solutis. Nix verno soluta sole. Feruntur vitiæ sole tepente niues.

Liquor.

Fluidus, gelidus, riguus dulcis, vagus, nitidus, vitreus. Rursus abundabat fluidus liquor. Prius vt hauriret gelidos potura liquores. Dulcem gelido delibant amne liquores.

LITTERÆ.

Libellus Charta. Verba. Nota. Epistola Tabellæ

Longæ, breues, properatæ, arcanæ, blandæ, festes. Charta referta, plena notis. Littera missa. Sermonis ministra. Dicta dicitis. Notata manu. Notis arcana feruntur. Verbis missa salus. Verba doctis inuidiosa venit.

Intermuncia, verbosa, aduentoria. Verbis & grandis epistola venit.

Litteris mandare.

Mandare libello. Signare arcana libello. Litteris committere. Chartis verba notare. Reddere verba notis. Exarare notas, Deducere notas.

Litteris operam dare.

Syn. *Studere.*

Pieriis inuigilare choris. Studiis dare tempora. Musarum in castris militare. Exercere animum per artes. Studiis teneri. Assidue frequentare Musarum sacra. Nunquam studiis remittere frænа. Sudare per artes Palladias. Non segni pectore colere sacra doctarum sororum. Artibus ingenuis vacare. Studiis intendere mentem. Musarum se includere ludo. Meis quæ suum furtim Musa trahebat opus.

LOQVAX.

Multi loquus, nugax, garrulus. Varias medi-

tant voces. Edens mille sonos. Non tenere retinas linguam. Iterans voces. Qui variis sermonibus aures implet. Fallens sermonibus heros.

Loqui.

Dare ore loquelas. Effundere pectore voces, Ex pectore voces rumpere. Verba & voces ore facere, ferre reddere, edere, promere, fundere, effundere, iactare, spargere. Mittere vocem. Verba diffundere. Diducere vocem. Populos sermone replere. Dare colloquiũ. Edere sonos. Ora soluere. Onero variis tua pectora dictis. Edidit hæc verba. Finem dedit ore loquendi. Addidit hęc dictis victima verbatuis. Ista dicere verba modo. Vt primum fari potuit sic incipit ore. Varioque viam sermone fefellit. Hæc placido sic reddidit ore. Cum tot non possem munera, verba dabam. Talia tum tacito verba dolore dedit. Dictis affatur amicis. Edidit ore tremente sonos. Imoque trahit de pectore vocem. Implere diem sermone. Fas est exponere voces. Noctem sermone trahunt. Rumpere pectore vocem. Vox redditur ore. Tales fundebat ad æthera voces, Dicta inter sese vario sermone ferebant. Vultum demissa profatur. Talia fatus erat, cœpit cum talia vates. Sic prior aggreditur dictis. Sic posse paucis ita reddidit heros. Dixerat ille. Dictis illum est sic voce secutus. Tantum effatus. Hæc ubi dicta dedit. Talia voce refert. Inde talia fatur. Sic Venus, at veneris contra sic filius orsus. Quærenti talibus ille repondens, imoque trahens è pectore vocem. Medio sic interfata dolore est. Vix ea fatus erat. Sic memorat. Hunc blandisque morator vocibus. Nec non & vario hostem sermone trahebam. Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures. Dictisque ita fatur amicis. Talia iactabat. Roseo hæc super addidit ore. Talia perstabat memorãs. Eloquar an sileam. Sic ore affatus amico est. Incipit affari, mediaque in

voce resistit. Tandem pauca refert. Graniora nouissima dixit verba sono. Talibus inde ... ora indignãtia soluit. Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit. Rupitque silentia voce Pyrrha prior. Et timidè verba intermissa retentia. Dísce verecundo sanctius ore loqui. Fo postquã dulci Nil eius edidit ore. Talibus ... modis. Tum senior tales referebat pectore ... ces. Ille super tales effudit pectore voces. Vi hæc ediderat. Hæc effudit pectore dicta. Ta bus inter se dictis ad tecta subibant. Et lici tandè sermone fruuntur. Quid me alta flec cogis rũpere, & obiectum verbis vulgare do rem? Tandem mœsta ora resoluit. Cum ter to vocem proferret ab ore. Cur sic verba ... hens largis cũ fletibus Anna incipit & bla reddit pro tempore voces. Talibus affata e bera lingua sonis. Musa mihi causas memor Ad quem tũ Iuno supplex his vocibus vsa v Mortales visus medio sermone reliquit. Mul plici populos sermone replebat. Tantum e tus & in verbo vestigia pressit. Non mihi li guæ centum sint, oraque centum, ferrea v omnes scelerum cõprehendere formas o pœnarũ percurrere nomina possim. Datur tueri, nate tua, & notas audire & reddere v tes. Solito matrum de more locuta est. Ipsa p lamfari omnipotẽs Saturnia iussit. Tales d tat Saturnia voces. Ea verba locutus op dedit amplexus. Nec plura effatus. Ad qu roseo Thaumantias ore locuta est. Tali fu tem est voce sequutus. Ipsa Deum fertur g trix Berecynthia magnum vocibus his a Iouem. Talia iactantem dictis ac dira canen non cuiis Astamus. Ea genua amplectens e tor tutis supplex. Sic incipiens horatus a tes. Talibus inter se firmabant fœdera dict

Alloqui Illum tales iactantem pectore curas alloq tur Venus. Tum sic regina alloquitur, cui q que repente improuisus ait. Ergo his aligeru

affatur Amorem fruiturq; deorum collo-
atque imis Acherontа affatur Auernis-
victrix affatur voce superbam. Longis
producere noctem inchoat alloquiis,
que in sede latentem linigerū placidis
llat Achorea dictis. Sic longum alterno
sermone leuabant. Talibus atque aliis
sermonibus illum insomnem traxere.
dere. Responsum reddere paucis, Res-
dare. Alternis reddere verba notis. Di-
ere Ora soluere. Iactare responsa. Res-
referre. Dictis addere verba. Venerit
sosilius ortus. Vix ea fatus erat, gemi-
talia reddit. Hæc tristia dicta reportat.
futenti subiicio. Dixerat & dicta Ilio-
ne voce sequutus Contra quē talia fatur.
submisso cōtra Saturnia vultu irrepre-
dabat populo respōsa petenti. Tum con-
mo. Talibus obscuram resecuta est Palla-
is. Nec responsa potest consultus reddere
Aeolus hæc contra. Nec enim responsa
antur fida satis. Atque hic responsum
ita reddidit heros. Subita ex alto vox
dita luco est. Dixerat Aeneas, contrā cui
reddit. Quæ referant fari iubet, & res-
posita ordine cuncta suo. Auditis illic
placido sic reddidit ore. Turnus ad hæc
que iubet responsa Latino certa referre
pacis dicere leges.

Præstare silentia. Vocem premere. Dā compescere labellū Tenere silentia. Tum silentia rectis. Cum facta silentia fin- Conticuere omnes, intentique ora tene- Obstupuit retroque pedem cum voce re- Silent arrectisque auribus astant. Nec demens. Conticuit tandem, factoque hic quiuit. His medium dictis sermonem ab- Qui postquam voce manuque murmu- compressit. Tenuere silentia cuncti. Retices nec mutua nostris dicta refers, Silppimit ex-

Silere. *Tacere.*

templo vocem, finem dedit ore loquēdi. Di
pressoque obmutuit ore. Vt primum me
tenuere silentia cœtum, Siluit & dolor ma
pressit. Pars vltima vocis in medio sup
sono est, apertaque velle ore loqui credi
sunt ea pervia verbis. Ter morū conat
ter inutilis hæsit lingua, ter in primo
ore sonus. Tu tandem vrges obpesce mo
Substitit in medio præscia lingua sono.
in gelido ora premit. Rutuli somno vi
sepulti conticuere. Hac Aruns subit, & ia
vestigia lustrat. Procubuere, silent late
Bis qui nos silerit dies, restusq; recē
dere voce sua quemquam. Post vbi iam
mus se composuere, siletur. Deum domus
silescit. At vero Aeneas aspectu obmutu
mens. Obstupui, steterunt que comæ, & v
faucibus hæsit. *Vide obmutescq*

Silentiū Reticentia.

Silentium. Arcanum nocturnum, fidele tac
num, mutum, tranquillum, tenebrosum, alt
Eximia est virtus præstare silentia dictis. Te
turna silentia rumpit. Quid me alta silentia
gis rumpere? Carpitur acclinis per muta si
tia, trames. Tranquilla silentia noctis.

Sermo. Verba. Voces.

Sermo. Cultus, gravis, amœnus, blandus, l
dus, mitis, politus, blandiloquus, festivus, d
loquus, suauiloquus. Index, vocū, charac
nasius. Mollitiam pallet, discutiens. Male q
ptus. Plenus leporis. Nitidus, gravis, æq
Plenusque leporis. Vitulo adhuc, compl
aliqua gestuum motibus ederes.

Oratio.

Oratio. Blanda, suauis, comis, facilis, Dr
ornata, flexa
docta, subtilis. Dulcior Hyblæo melle
serena, tenta, solutis visibus, animi

Orator.

Orator. Diserta, eloquus, facundus, audax, s
lis. Animo, lingua, diserta. Maximæ eloqu
Pollens flumine linguæ. Fundēs verba flu
instar. Doctus mouere, mulcere animos. O
toris clarissimi orbe fuit. Nestora quem di
vincere quis putes. Qui velit eloquio fa
cedere

ere Vlysses. Sermone suo fera pectora mul-
Orator toto celeberrimus orbe.

Loqui blandè.

dere dulces ab ore sonos. Eloquii grato
mouere sono. Dulce nectar fluit ab ore
Suada in ore sedet, blandis aspirat ho-
labris. Lingua facunda madet Hyblæo
re. Mira gratia manat ab ore loquentis.
, animos mulcere loquendo. Artifici
e verba sono.

Loqui frustra.

re inania verba. Incassum fundere voces.
voces iactare per auras. Inanes fūdere
Iactare, dicere verba non proficientia.
verba ferūt. Dicta euanescūt etherias per
Vana ferūt volucres mea dicta procellę.

Loqui submisse.

Exiguo murmure verba loqui. Exiguo dicere
sono. Summo vix hiscens pectore fatur.
murmure verba dare.

Loqui Latinè.

no reddere verba sono. Vti sermone La-
Ausonio sermone loqui. Latio ore loqui.

LVCRVM.

lce, auarum, magnum, exiguum. Auaro in-
ere lucro. In tenui spes nulla lucri est,
e residunt arbusto geminæ non benefi-
. Quid pute tranquillat honos, an dul-
cellūm.

LVCTARI.

ercent patrios oleo labente palæstras nu-
ocij. Pars in graminois exercent membra
is. Contendunt lodo, & fuluâ luctantur
. Transierant ad opus nitidę iuuenile pa-
a, & iā contulerant arcto luctantia nexu
ra pectoribus. Corporaque agresti nudat
palæstra. Pingueſque in gramine lęto
se aduersis luctantur cornibus hœdi. Sic
sultilit altè nitentem in terras iuuencum.
ternate palæstra. Nimio exercent agilea

sudore palæstras. Incaluere animi duri certa re palæstra.

Palæstra Palæstra. Graminea, madida, dura, Olympica, pinguis, fortis, anceps, decora. Iam tenera pingues florem induxere palæstræ. Nudæ indulgere palæstræ. Amphioniæ pulcher fuit palæstræ Alcides.

Athleta Athleta. Leuis, fortis, robustus gymnicus.

Palæstrites. Acer in hostē. Certans studia armatæ palæstræ.

LVDERE.

Pugil. Insomnem ludo certatim ducere noctē. Hinc noctem ludo ducunt. Aequasset nocti ludum, in lucemque tulisset. Studiis præponere ludum. Noctes atque dies ludo consumere. Noctesque iocari. Vanis inuigilare iocis. Inani ludo animos non prohibere. Lepidis hilarant conuiuia ludis. Totum ludendo concelebrare diē. Ludis vacare. Lusu perdere tempus. Si quis mihi paruulus aula luderet Aeneas.

Ludere pro canere.

Pellere, pulsare chordas Pectine eburno pulsare lyram. Resonsuram solicitare lyrā. Nunc niueis digitis, nunc pulsat pectine chordas. Obloquitur numeris septem discrimina vocis. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. Prima Syracusio dignata est ludere versu. Tu vero in numerum Faunosque ferasque videre ludere. Versibus incomptis ludunt, risusque solluto.

Ludus.

Lusus. Gratus, lepidus, dulcis, lætus, placidus iocosus, virgineus, blandus, suauis, inanis. Ludo præbēs semina nequitiæ. Absint nequitiæ, procaxque ludus. Sæpe refert animus lusus grauitate carentes. Teneros lusus & mutua gaudia monstrat. Mutua si placido traheremus gaudia lusu. Innocuos censura potest permittere lusus.

Ludi.

Certamina. Celebres, theatrales, solemnes. Tuba commissos medio canit aggere ludos, Iliacis cele-

lum littora ludis. Venit in hos celebres ludos. *Spectacula.*

Ludos facere.

Edere, exhibere, instituere, celebrare ludos. Varios celebrare solemnia ludis. Instituit sacris celebri certamine ludos. Ludos celebrare honoros. Dum variis tumulo referunt solennia ludis. Dulces agere per carmina ludos. Solennes ludos Circi celebrare Quirites. Comica componet lætis spectacula ludis. Lepidis hilarant conuiuia ludis.

LVX.

Candida, clara, ignea, coruſca, ætherea, ſydera, lucida, nitens, aurea, rutila, penetrabilis, aurea rutilans, Phœbeia. Solis comes. Coniux & ſilia ſolis. Lux orbem retegens. Sydera quæ ſuperat omnia luce. Lætaque purpureâ luce fulget humus. Micat ignipotens lux. Clara etiam flammis & luce coruſca decora. Effundet nitidantem alto de culmine lucem. Stellâ facẽ ducunt multa cum luce cucurrit.

Iubar, clarum, flammiferum, nitidum, rutilum, purpureum, coruſcũ, effulgens, perſpicuũ, auricomum. Clarum emicuit ſole oriente iubar. Formoſumque iubar terris oſtendit Apollo. Ignarus apparet per prima crepuſcula cãdor. *Iubar. Lumen. Fulgor.*

Lucere.

Clarâque in luce refulſit. Purâ per noctem in luce refulſit alma parens. Inſedit nimbo effulgens. Micat inter omnes Iulium ſidus, velut inter ignes luna minores. Cũ longo limite ſulcus dat lucem, & latè circum loca fulgore fumant. Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli fundere lumen apex. Ardet apex capiti, criſtiſque à vertice flamma funditur, & circum vmbo vomit aureus ignes. Qualis cum pluuia nubes. Solis inardeſcit radiis longeque refulget. Æraque fulgent ſole laceſſita, & lucem ſub nubila iactant. Lucẽt genialibus altis aurea fulcra toris. Sic primum noua lux effulſit, & ingens viſus ab aurora cælum tranſ- *Fulgere. Radiare Splendere. Nitere.*

currere nimbus. Positæque ex ordine gemmæ clara repercusso reddebant lumina Phœbo. Quãto splendidior, quàm cætera sydera fulget lucifer & quanto quam lucifer aurea Phœbe. Nec domus argento fulget, auroq; renidet. Ignicit igneus hastæ dirum lumen apex, ac late fulgurat vmbo. Lucebit Pario marmore clarus. Formidato clypeus Titana lacessit lumine. Honors adamante coruscat, Arcanum radiant oculi iubar, igneus ora cingit honos, rutilo coruscum cortice sydus attollit cristatus apex, tenebrasque serenâ luce secat. Aliique nitescunt locis vbi tranquillo pellucent sydera ponto, vibratque fretis cæli stellantis imago: omnia clara nitent, seu clarior omnia supra. Hesperus exercet radios, quantúsque per altum æthera cæruleis tantus monstratur in vndis. Crista que videt rutilare comantes.

Lucidus.

Dilucidus, splendidus, clarus, perspicuus, fulgidus, serenus, radians, nitidus, relucens, lucifer.

Lumen.

Clarum, fulgidum, coruscum, radians, tremulum gratum, nitidum, radiosum. Luna dabat tremulum lumen præbebat eunti.

Candela *Candela.* Ardens, lucens, certa, rutilans, micans, radians. Quæ lucens aliis illo depascitur vsu. Quæ suo absumitur igne nitidam facem præbet dum pluribus vna. Quæ sensim à lucis flammis peresa deficit. Tuta est gremio parua lucerna meo.

Lampas *Lampas.* Nocturna, ignifera, ardens, pinguis, coruscа, fumans, ignea, clara, candens, splendens, tremula, fulgida, flammigera. Ardentem concitat lampada Turnus. Pingueſque ardere videntur lampades. Nunc picea incrat fumantia lampada flamma. Ad terras cœlo decurrens ignea lampas.

Illuminare. *Illuminare.* Largoque serenat igne domos.

Aß alij tenebras & opacam vincere noctẽ agmẽ tendunt auratis vincula lychnis. Alij funalibus ordine ductis plurima venturæ suspendunt lumina nocti. Dependent lychni laquearibus aureis incensi, & noctẽ flammis funalia vincunt. Dant clara incendia lucem erranti. Tibi nocturnꝰ præstabat cereus ignes, subducta est nero namque lucerna tuo. Luna mihi tremulum lumen præbebat eũti. Luna ministrat iter, demonstrant astra salebras. Quin etiã nocturna tibi terrestria quæ sunt lumina pendentes lychni, claraque coruscis fulguribus pingues nulla caligine tædæ, consimili properant ratione, ardore ministro suppeditare nouum lumen tremere ignibus instant. Pingueſque arere videntur lampades, & rutilis collucent ignibus ædes. Pendent mollibus lumina funibus, quæ suffixa micant per laquearia.

LVXVRIES.

Prodiga blanda, petulans, misera. Prodiga rerum. Nunquã paruo contenta paratu prodiga luxuries. Perdens mores, pectora corpus, opes. Alens mala gaudia. Affligens populos atque oppida vertens. Inescans homines, & suis illecebris exitiosa trahens. Quæ male perdit opes. Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper corporis arbitriis, hebetat caligine sẽsus, blanda quidem vultu, sed qua non tetrior vlla, interius fucata genas, & amicta dolosis illecebris, torquos auro circumligat hydros, illa voluptatum multos innexuit hamis. Nec ita Deum tantum, nec tela, nec hostis quantum solet nocet animis illapsa voluptas. Venerat occiduis mũdi de finibus hostis luxuries extinctæ iamdudum prodiga famæ, delibuta comas, oculis vaga, languida voce, perdita deliciis, vitæ cui causa voluptas,

Mollis, deses, regius, iners, ignauus, turpis, Luxus.
luxurieus, effusus. Populator opum. Dilapidator opũ. Diffusor honesti. Atque desidiam lu-

xumque sequetur inertem. Rura placent, luxu luxuriosa vale. Luxus, luxuque malo conflicta voluptas. Regali splendida luxu atria regne vides otia pigra sequi? Segnique fatiscere luxu. Infrænem extinguere luxum. Totaque nos, fuderunt tempora luxus. Turpi fregerunt sæcula luxu.

MACER.

Macie turbatus. Macie confectus. Horrida vultum deformat macies. Macie confecta suprema, ignoti noua forma viri miseranda que cultu. Macie tenuatus. Deficiens vix trahit ossa cutis. Tu tenuis tardique gradus, macieque peresus. Fugerat ore color, macies obduxerat artus. Effice ne macies pallentes occupet artus, nõ notet informis pallida membra color. Diceris & macie vultũ tenuasse. Concidimus macie, color est sine sanguine. Ora profanat fœda situ macies cęloq; ignota sereno. Terribilis stygio facies pallore grauatur. Pallida nudis ossib⁹ horrorẽ dominis præbebat imago. Nã neque sunt vites, nec qui color esse solebat: vix habeo tenuem quæ tegat ossa cutem. Dura cutis perqui spectari viscera possent, ossa sub incurua extabant arida lumbis, ventris erat pro ventre locus, pendere putares pectus & à spinæ tantummodo crate teneri. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto. *Macies.*

Horrida, ægra, informis, ieiuna, discolor, terra, squalida, ingloria, sterilis. Deformãs vultũ. Ossa renudans. Consumens artus. Attenuans artus duro languore solutos. Exsectis macies ingloria neruis. Ieiuna lacertos exedens macies. Interit⁹ fugere genę, ieiuna lacertos exedit macies, humeris vix sustinet ęgris clypeum.

MACHINA.

Sęua, stridens, muralis ænea, noxia, hostilis, horrifica, truculẽta, turrifraga. Saxa rotãs, muros quaiens. Euertẽs mœnia. Aequataque ma-

thim cœlo. Vrbes sternere machinis lõge saxa
rentibus, Reperta fero muralis machina bello.
Interea horrisonis petit ærea machina bõbis,
Machina terrifico sic fulminat ænea bõbo. Pet-
dit sæua lacertum machina. Bellica in aduer-
sum vibrata vtrinque phalangem machina. Ac
pidat hostilis cum machina terruit vrbem.

MACVLARE.

Commaculare, spurcare, fœdare, polluere, sordare, inquinare, turpare, deformare, cõspur-
care, coinquinare. Maculis afficere. Maculas in-
spergere, inferre. Sordes iniicere. Inspergere
tuto. Inferre cœnum.

Macula.

Atra immunda, turpis, obscœna, impura, sor-
dida. Maculis nec discolor atris. Pallent & ma-
culæ fundunt se se vndique nigræ. Veteri pur-
pura situ labisque malignæ expers. Candidus
impura labe carebat amor. Scabra situ turpis-
que atra rubigine labes. Mens nigra, candida
labe caret.

MADEFACERE.

Largos humeris infundere rores. Caput fon-
tana spargere lymphâ. Spargere rore manus.
Idcirco fluuiis pecus omne Magistri perfundũt.
Vdisque aries in gurgite villis mersatur. Can-
dida permulcet liquidis vestigia plantis. *V. Lo-
uere.*

MAGISTER.

Grauis. Exercens, docens, erudiens, infor-
mans, instituens moderans, gubernans pueros,
teneram pubem. Non semper acerbi exercet
pueros vox imperiosa magistri. *V. Docere.*

MAGISTRATVS.

Celebris, insignis, vrbanus, præclarus, egre-
gius, superbus. Cui est imperij commissa pote-
stas. Cui populi incumbit cura paterna sui. Or-
tus qui ducit olympo. Cui cura est punire ma-
los, & defendere iustos. Populos lege guber-
nant. Iamque magistratus celebres participat in

*Procu-
ratores.*
Primates.

omnem progeniem. Quorum illustrata superbo vita magistratu fuerat.

MAGNVS.

Grandis, ingens, immanis, immissus, maximus, nimius, vastus. Non parvus. Non exiguus. Immensã Calchas attollere molem imperat. Vasti clorum immensa volumina versat. Fortingens toto connixus corpore saxũ. Dedit ampla ruinã Vulcano superante domus. Spolia amplo fertis. Illos portis Rex accipiebat in ipsis

Parvus. Parvus. Non parua sequetur gloria. Si parua licet cõponere magnis. Parua sucedimus vrbi. Exiguus mus sub terris posuitque domos. Exiguus primum atque ipsi contractus in vsus eligitur locus. Angustos habens aditus. Vtrinque latus tenuis qua semita ducit.

MAIESTAS.

Regia, regalis, reuerenda, venerabilis, sublimis, celsa, virilis, augusta. Cæsarea, Imperialis viris maiestas. Luculenta maiestas. Stirpis imperii occurrit sublimis auiti maiestas. Pulmen habet dextrã, maiestatemque tremendam. Laxat terribiles maiestas regia fasus.

MAIORES.

Prisci, veteres.

MALLEVS.

Durus præduru, ferreus, rigidus, solidus, validus, grauis. Ferrum domans.

MANIFESTARE.

Declarare Causas & signa docere. Mentitaque sacra reuelat. Ne certa forent manifesta signa rapinæ.
Patefacere Questusque & vulnera cæca resoluã. Ventosque prodere casus. Tectusque recusat prodere voces sua quemquã. Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo. Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit. Expediam dictis, & te tua fata docebo. Fert animus causas tantarum expromere rerum. Et galea Euryalum sublustri noctis in vmbra prodidit immemorem radiisque aduersa refulsit.

MARE.

Rabidum, veliuolum, tumidum, profundum, ventosum, iratum, naufragum, tremulũ, liquidum, spumeum, fluctisonum, asperum, refugiũ. vrbarum, vndiuomum, gelidum, insanũ Aura Neptunia. Neptunia vnda. Campus aquarum. Aequoris vnda. Stridens refluentibus vndis. Veri tristis imago. Cæruleus gurges. Aequora medias cingentia terras. Tumidis agitatum fluctibus æquor. Aestuans rapidâ procellâ. Durare frigore pontus. Indignatum magnis stridoribus æquor. Abruptis turbata procellis æquora. Magna obeuntia terras tot maria intrani. Inuidit medij per maxima Nerei stagna viam fessis. Mare nauigerum. Lati stagna profũdi. Tethyos vnda vaga. Méne salis placidi vultum fluctusque quietos ignorare iubes? Cum placidam ventis staret mare. In æquoreas præcipites aquas. Hæc inter tumidi late maris ibat imago aurea, sed fluctu spumabãt cærula cano, Iuppiter æthere summo despiciens mare veliuolum, terrasque iacentes. Iam mare turbari trabibus, fauasque videbis collucere faces: iã ferrere littora flammis. Placuitque profundo fortunam tentare mari. Iactatus dubio per duo lustra mari. Spumosum late mare subruit. Aspice arenosi tractus maris.

Indignatum magnis stridoribus æquor. Aequora cælarat medias cingentia terras. Omne ubi stratum silet æquor, & omnes (aspice) venti ceciderunt murmuris auræ. Delphines in altum æquora verrebant, sed nos immensum spatiũ confecimus æquor. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Iactatos æquore toto Troas. Dicto citius tumida æquora placat. Imo Nereus ciet æquora fundo. Totumque videre miscerí ante oculos tantis clamoribus æquor. Et sæua quierant æquora.

Aequora

Auræ.

Si cunctus pelagi cecidit fragor. O nimium *Pelagus*
lo & pelago confise, sereno. Qui fragilẽ tru-

ci commisit pelago ratem.

Profundum. Mediumque rates tenuere profundum. Petit ille fugam penitusque profundo vela dabat. Insula fluctisono circum vallata profundo. Aspicit immensum moles natura profundum.

Fretum. Et freta destituent nudos in littore pisces. In freta dum fluuij current.

Marmor. Infidum remis impellere marmor. Quam multi Libyco voluuntur marmore fluctus. Varij tremulo nabant in marmore pisces.

Salum. Orta salo, suscepta solo, patre edita cælo. Aneadum genitrix hic habito alma Venus.

Sal. Mene salis placidi vultum fluctusque quietos ignorare iubes? Tremuli salis aduersas procurrere in vndas. Spumas salis ære ruebant.

Altum. Multum ille & terris iactatus, & alto vi superum. Altum alij teneant. Postquam altum tenuere rates.

Pontus. Vastus, trux, cærulus, vorax, vitreus, tumefactus, immensus, rapidus, infestus, velinolus, vndisonus, piscosus, marmoreus, spumosus, furens. Cunctique profundum pontum aspectabant. Interea magno misceri murmure pontum, emissamque hyemem sensit Neptunus. Ipsos potuit submergere ponto vnius ob noxam. Fremitu, quo pontus & omnes intremere vndæ.

Gurges. Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Nereus. Qua totum Nereus circum fonat orbem.

Qua latam Nereus cærulus ambit humum.

Neptunus Aut præceps Neptuno immerserit Eurus.

Amphitrite. Nec brachia longo margine terrarum porrexerat Amphitrite. Tentare Thetin ratibus.

Thetis Non secus Oceano fertur Neptunus in amplo. Refluum late memorare parabat Oceanus,

Oceanus Quos terris circumfluus ambit Oceanus. Quæ plurima vastus subluit Oceanus. Summa vagi fecit æquora Thetis Oceani.

Mare quietum.

Tranquillum, compositum. Tacitum mare

Mare serenum, placidum. Cunctus pelagi cecidit fragor. Sæua quierunt æquora. Aequora non concita vento. Stantia freta. Mare nõ alens spumis. Aequora tuta silent. Cum placidum ventis staret mare. Subsidunt vndæ tumidæque sub axe sonãti sternitur æquor aquæ. Fugiunt toto æquore nimbi. Pariter maris ira recidit. Cum venti posuere, omnisque repente resedit flatus. Placidi strauerunt æquora vẽti. Iam vẽti ponent, strataque æqualiter vnda cærulei Triton per mare curret æquis. Quin rapidam placidis etiam mare constitit vndis. Ac veluti magnos cũ ponunt æquora motus. Eurus in aduersos desinit ire Notos. Littore sic toto sonitus rarescit arenæ. Dum mare pacatum, dum ventus amicior esset. Detumuere iræ maris, & clementior Auster vela vocat. Mira quies pelagi, ponunt hic lassa furorem æquora, & insani spirant clementius Austri. Tum primum mutæ pelagus cũsternitur vndæ. Non secus ac longâ ventorum pace solutum æquor & imbelli recubant vbi littora somno, sylvarumque comæ, & abacto flamine nubes. Aether iners ætas tunc stagna, lacusque sonori detumuere, iacent exhausti solibus amnes. Vbi sæuitiæ paulum grauis vnda remisit, arridet taciti tranquilla silentia ponti. Ponat & in æquo molliter vnda minas. Iam placidũ sulcabat iter, nõ rauca procellis æquora feruebant, ventisque silentibus vndas victor ẽ sensisse putat, tranquillior illis vultus erat, cœlo facies composita sereno.

Mare turbatum.

Turbidum, insanum, agitatum, commotum. Fluctibus horrens. Aequora vento concita. Insana pelagi rabies. Aequora valido. Neptuni quassa tridente. Vẽti volunt mare, magnaque surgunt æquora. Vento turbantur arenæ & vena ad littora fluctus. Clauso fit gurgite murmur. Exultant vndæ, atq; æstu miscentur ater

næ. Miſcent ſe maria, & nigræ attollũtur arenæ. Indignatur magnis ſtridoribus æquor. Venti velut agmine facto incubuere mari, totũque à ſedibus imis vna Euruſque Notuſq; ruunt creberque procellis Africus, & vaſtos volunt ad littora fluctus. Feruent ſpirantibus æquora ventis, Aſſiliunt imi fluctus à gurgite ponti. Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus nunc ruit ad terras, ſcopuloſq; ſuperiacit vndã ſpumeus, extremamque ſinu perfundit arenam: nunc rapidus retro, atque æſtu reuolutus reſorbens ſaxa fugit, littuſque vado labens relinquit. Qua vi maria alta tumeſcant obicibus ruptis, rurſuſque in ſe ipſa reſidãt. Sulcantibus æquor nunc potius aſſurgit, nunc ſe declinat, & vndas penè ſubit ponto in cumulum creſcente rotundum.

Mare rubrum.

Liquidi flumina rubra maris. Vnda maris Erythræi. Purpureum mare. Purpurei vada ponti. Ruber gurges. Freta rubri æquoris. Littora rubri maris.

Littus. *Littus.* Curuum, ſaxoſum, bibulum, vagum, ſpumoſum, ſpumans, ſinuatum, ſinuoſum, procelloſũ, vndãs, amœnum, naufragum, mulsũ, reſonans, fremens, crepans, vndans. Oras littora circũ. Sonitum per curua dedere littora. Exoritur procurua ingens per littora fluctus. Non capiunt vt dante ſalo cana littora puppes. Vaſtus ferit humida fluctus littora.

Ripa. Viridis fluuialis, viridans, gelida, ſonans, reſonans, ſpumans, caua obliqua, limoſa. Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus vndis. Riparum clauſas margine findit aquas. Præcipiti conuulſa Noto proſpectat amicam puppim ſuum. Ventum erat ad mollem declini tramitis ripam. Grauiora caua ſonuerunt murmura ripæ. Ripiſque inflexa canoris flumina. Stabat arenoſæ frondens in margine ripæ. Vadoſæ naues appellite ripæ.

MATERIA.

Ingeniosa, iucunda, apta numeris. Cõueniens modis. Felix in carmina. Materiã vires exuperante meas. Non mihi materiam Roma negat.

MARIA VIRGO.

Immaculata, intemerata, venerãda, pia, casta, diua, venerabilis, augusta Mater summi formatoris Tonantis. Sancta parens, Summum enixa Deum, Alma Redemptoris Mater. Ignara mariti, thalami, tactusq; virilis. Quæ cæli coniugem regem sub luminis edidit auras. Quæ sola virginei seruauit fœdera pudoris. Decus cæli, virgo sui partus inclyta mater. Gremiũ cuius dominus obumbrat palmes, inexhaustis terras qui compleat vuis. Regia progenies genus alto à sanguine Iudæ. Quæ præ virginitatis amore, odrat & thalamos, & se sacrauerat aris. Quæ superum puro concepit ab æthere Regem, semine de nullo, nullis temerata hymeneis. Quæ nullis afflatu, sancta concepit ab aura. Quæ vnica beato gaudia matris habens, cum virginitatis honore, nec primam visa est similẽ nec habere sequentẽ. Quæ meruit Dominum progenerare suum. Alma parens quã mille acies, quãq; æthereis alti militia est, totidem currus, totq; rotæ, totq; tot ignis comitantur, quatuor agmina cyrro agglomerans. Quæ generi humano sub Tartara misso ad cælos facta est, via, porta, rota. Aula Dei, ornatus paradisi, aula regni, hospitium vitæ, pons penetrando poli. Arca nitens, Virgo excellens, vincens omnia matres. Illa est arca noui cõscia federis. Conclusus Domini deliciæ hortulus, cui intactus ager, hortus pulchrior, & sponsa genitrix Dei.

MATRONA ET MATRONÆ.

quædam illustriores.

Pudica, verecunda, docta, sapiens, Animi matrona virilis.

Arachne. Solers, docta, animosa, operosa, Arachnẽ

Perfida. Pater cui Colophonius idmon. Mœonia virgo. Radio percussa Mineruæ. Ausa cum Minerua contendere studio. Quæ victa laqueo ligauit guttur. Aemula Mineruæ infelix. Cuius frontem terque quaterq; Minerua percussit. Non illa loco neque origine gentis clara, sed arte fuit, pater huic Colophonius Idmon Phocaico bibulas tingebat murice lanas. Cuius vt aspirent opus admirabile sæpe deseruere suas Nymphæ Pactolides vndas. Ter quater Idmonicæ frontem percussit Arachnes, non tulit infelix, laqueoque animosa ligauit guttura, pendentem Pallas miserata leuauit.

Ariadne. *Ariadne.* Pulchra, Cressa, lucida, siderea, Gnossia, Minoia, Minois. Errans ignotis arenis, deserto in littore. Thesea cedente cleri cū classe tuetur indomitos in corde gerens Ariadna furores. Quem procul ex alga mœstis Minois ocellis saxea, vt effigies bacchantis prospicit Euæ, prospicit & magnis curarum fluctuat vndis, non flauo retinens subtilem vertice mitram, non contecta leui velatum pectus amictu.

Cassandra. *Cassandra.* Phrygia, Iliaca vates, Priameia virgo. Iuueni desponsa Chorœbo. Ilia vates. Pergamea vates. Ecce trahebatur passis Priameia virgo crinibus à templo. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris ora Dei nulla non vnquam credita Teucris. Aut si Pergameæ fero rata carmina vatis.

Circe. *Circe.* Dædala, Titania, venifica, Sole sata, Filia solis. Habitans inaccessos lucos. Vertendis nata figuris. Solis edita semine. In varias formas homines doctissima mutas. Quæ pessimum habuit virus. Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. Proxima Circeæ raduntur littora terræ, dives inaccessos vbi solis filia lucos assiduo resonat cantu. Prodigiosa petit Titanidos atria Circes. Sole sata Circes tanta magna potentia fertur, verterit vt multos in noua monstra viros.

Danae. Formosa, pulchra Acrisionia. Facie spectabilis. Auro delusa Fului decepta cupidine nimbi. Quam fulvo delusit Iuppiter auro. Inclusam Danaën turris ahena, robustæque fores, & vigilum canum tristes excubiæ munierant satis nocturnis ab adulteris, si non Amissum virginis abditæ custodem pauidum Iuppiter & Venus risissent. *Danae.*

Dido. Profuga, misera, furiata infelix, diua Sidonia, formosa. Cui causã mortis & autum præbuit Aeneas. Fraude coacta mori. Arsit Aeneæ Dido miserabilis igne. Squallenti Dido sanguinolenta coma Lacrymosam in ruinera Dido coniicis. Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido condebat. At trepida & cultris immanibus effera Dido, sanguineam volvens aciem, maculisque trementes interfusa genas & pallida morte futura interiora domus irrumpit limina, & altos conscendit furibunda rogos, ensemque recludit Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus. *Dido.*

Mœnia respiciens quæ iam infelicis Elyssæ *Elyssa.*
cellucent flammis.

Europa Rosea, pulchra, venusta, Tyria. Quam *Europa*
cultus fraterna per æquora vexit. Quã Iuppiter subfalso boue lusit. Agenore nata. Cadmi soror. Iunonis pellex. Vecta boue. Fert tumidam taurus Agenorida.

Eurydice. Formosa, pulchra, niuea, nitens. *Eurydice.*
Morsu inter empta colubri Orphei coniux. Quam Orpheus reuocauit ab orco. Threiciam vates potuit reuocare puellam. Ardet amore sacro Phœbea propago nitentis Eurydices. Iãque pedem referens casus euaserat omnes, additaque Eurydice superas veniebat ad auras pone sequens, (namque hanc dederat Proserpina legem) quum subita incautum demens cepit amentem (ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes) restitit, Eurydicenque suã iam luce sub ipsa, immemor, heu victusq;

animi respexit, ibi omnis effusus labor, atque immitis rupta tyranni fœdera, terque fragus stagnis auditur auernis: illa quis & me (inquit) miserã, & te perdidit. Orpheu? qui tantus furor? en iterũ crudelia retro fata vocant, conditque natantis lumina somnus: iamque vale, feror ingenti circũdata nocte, invalidasq; tibi tendẽs heu non tua, palmas, dixit, & ex oculis subito ceu fumus in auras cõmistus tenues fugit diuersa: neque ille prensantem nequicquam vmbras, & multa volentẽ dicere præterea vidit, nec portitor orci amplius obiectum passus transire paludem: illa quidem stygia nabat iam frigida cymba.

Hecuba. *Hecuba.* Misera, infelix, capta, captiua, Priameia, fœcunda. Quæ quondam latratu terruit auras. Troia simul Priamusque cadunt, Priameia coniux perdidit infelix hominis post omnia formam, externasque nouo latratu terruit auras.

Helena. *Helena.* Adultera, obscœna, turpis, superba, Ledæa, blanda, grata, Iliaca, infesta, perfida, mœcha. Facie insignis. Ioue digna viro. Digna rapi. Prædo Paridis. Qua non pulchrior alma Sparte potentis alumna. Troiæ popularis. Ma-

Lacæna. fata mea & scelus exitiale Lacænæ, his meritò malit. Ledæamque Helenam Troianas vexit ad arces. Frons tua formosæ non est crassa Lacænæ. Cygno generata Lacæna.

Tydaris Flet quoq; vt in speculo rugas aspexit anilis Tyndaris, & secum cur sit bis rapta requirit.

Lucretia *Lucretia.* Casta, pudica, cõstans, formosa. Generosa virago. Animi matrona virilis. Quoque truci rapta tyranno. Quæ ferro pectora fodit. Vindex ipsa pudoris. Quæ scelus multo petitum fecit pectore. Quæ gladio sibi præripuit vitam. Celebri spectata Lucretia fama. Dixit & ensem latebris qui vestis latebat pectore sub molli, gladium moribunda recondit, & ruit in vulnus, velut hoc renocare pudorem vulnere

fratum valeat, sic nota parentem fama re-
volucrem, proprio de sanguine natos ex-
tos diræ morsu serpentis ad auras tollere,
illorum exequiis expendere vitam.

Medea. Callida, venefica, torua, impudica, in- *Medea.*
dira, nefanda, furens, profuga, ferox,
ma, scelerata, adultera. Infirmi docta no-
rem. Quæ sollicitis meditata est vulne-
natis. Cuius impius ensis sanguine natorum
fusus, tinctus est. Quæ potuit laceratos fra-
arus spargere per agros. Impia desertum
Medea parentem. Turpiter illa virum
uit adultera virgo, Colchorum regina.
nia, vxor. Pulsa domo Aesonia. Iram quæ
natorum cæde pianit.

Medusa. Horrenda, sæua, inuisa, anguitenens. *Medusa*
Gorgonea. Q. Meduſæum. Vultus Meduſæ
squallentia ora Meduſæ. Meduſæi monstri tor-
ua nutrura. Nexa comas angue. Volucris mater
Mulcos quæ dedit vna neci. Cadit angui-
frontc Meduſæ.

Niobe. Mœsta infelix, arduo rigida superba. Et *Niobe.*
statua, & duftum de marmore marmor,
conterra diis ausa procax Niobe. Sic Niobe
lacrymam prole de cassa ardua.

Oenone. Pegasis. Paridis conjux. Phrygia *Oenone.*
mpha. Pegasis Oenone. Phrygiis celeber-
ne sylvis.

Penelope. Casta pudica, candida, pia, Angolica. *Pene-*
lope.
cuis procis. Quæ thalami fidem seruauit
sis. Illusos docta fugare procos. Nulli lau-
secunda. Quæ vinta fama celebri sit per
bem. Coniugis nobilitata fide. Multis fœmi-
na procis. Multis vna petita procis. Vi-
quæ potuit bis denos solo par annos. Can-
a Penelope signum coguouit Vlyssia.

Sapho. Lesbia, seu cytharia. Pierijs soror addita *Sapho.*
Grata Musis. Lesbis amica lyræ. Cui
ille ingenium docta Thalia dedit. Cui Pe-
thides blandissima carmina dictant.

MEL.

Dulce, suaue, iucundum, roscidum, tenax, liquens, fragrans, liquidum, flauum, redolens, fluens Hyblæum Nobile Nectar apis. Cereus gena. Aerii mellis cælestia dona. Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella. Flauum de viridi stillabant ilice mella. Veluti plena florea mella sint expressa fauis.

Mel conficere.

Spumantia pressis cogere mella fauis. Stipare liquentia mella. Aut cum liquentia mella stipant, & dulci distendunt nectare cellas. Ver lenis verno flores apis ingerit alueo, complet vt dulci sedula melle fauos. Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt. Dulcia mella premo, nec tantum dulcia, quantum & liquida, & ignarum Bacchi domituta saporem. *V. apes.*

MENDACIVM.

Vanum, fallens, turpe, callidum, subdolum, fecundum, prodigiosum. Vanæ mendacia linguæ. Vanus sermo. Vana verba. Voces fictæ. Vanæ loquæ, ineptæ, ficticiæ, commenticiæ fabulæ. Quanta sub Argolicis mendacia vana Camœnis. Prodigiosa loquor veterum mendacia vatum. Turpia quid referam vanæ mendacia linguæ? Non nos decipiant vanæ mendacia linguæ.

Mendax.

Malum simulans. Hoc primum, nec si miserum fortuna Sinonem finxit, vanū etiam mendacemque improba finget. Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlixes durum à stirpe genus. Raptabatq; viri mendacia risscera Tullus. Multa malus simulans vana spe lusit amantem.

Mentiri Vanas pro veris fundere voces. Mendacia verba loqui. Mendacia fingere. Gutture vanilo quo mendacia iactat. Addit mendacia culpæ. Pro veris dicere falsa. Mendaces reddit ab ore sonos. Omnia metiris, neque enim tua fallet lingua incipit à nobis, primaque plector ego. *V. Fraudare.*

MENSIS.

Prohus, leuis, lunigena. Menstruus cursus. Tempus menstruum. Lunigenæ surgunt mẽses, et mensibus anni. Obscuram qualẽ primo quis surgere mense aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam. Ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret. Pingue solum primis extemplo mensibus anni fortes inuertant tauri.

Mensis vnius periphrasis.

Cornua cum lunæ pleno semel ore coiissent. Ante reuersum quàm luna bis impleat orbẽm. Luna nuper nascente profectus ante redis, quàm plena fuit.

2.

Alter agebatur post sacra iugalia mensis. Antebis exactum quam Cynthia cõderet orbem.

3.

Tertia crescendo reparabat cornua Phœbe. Tertia iam lunæ se cornua lumine complent. Tertia haud obtusis per cælum cornibus ibat Cynthia. Tertia virgineum suffuderat ore ruborem Delia. Trina resurgebant radiantis cornua lunæ.

4.

Luna quater iunctis implerat cornibus orbẽ. Luna quater latuit, toto quater orbe recteuit. Luna quater plenum tenuata retexuit orbem. Ilim quater in se se lunæ rediere labores.

5.

Luna resumebat quinto noua cornua motu. Iam surgens quintum Phœbe compleuerat orbem. Cornu præsignis adunco Delia quinta resurgebat. Quintaque iam plenæ deducitur orbita lunæ.

6.

Sexta resurgebant orientis cornua lunæ.

7.

Septima iam rediens Phœbe mihi respicit ægras stare genas. Tertius à quarto mensis successerat.

8.

Bis quater implerat Phœbe radiantibus orbem cornibus.

9.

Orbe resurgebant lunaria cornua nouo. Iam nouies erat orta soror pulchetrima Phœbi, Iamque coactis cornibus in plenum nouies lunaribus orbem. Perque nouem errauit redeuntis cornua lunæ.

10.

Luna nouum decies implerat cornibus orbem. Bis qui nos plena cum fronte resumeret orbes, Denaque luciferos luna vehebat equos.

11.

Iam fermè vndenos compleuerat orbes Cynthia.

12.

Plena duodeno Phœbe compleueras orbe. Prius ætheriæ moles circa vaga flamma manu bis senis reuocabit mensibus astra.

Mensis Ianuarius.

Brumalis, gelidus, sterilis, torpens, Gelidus Ianus Titane reuerso. Anni primi dies. Vetus qui seruat nomina Iani. Post brumam & Ianon sterilem, gelidosque Decembres. Ergo tibi Iane biceps longum reseruaueris annum, passus & à sacro mense December erit.

Februarius.

Febris habens nomen & lenta febre timendus. Qui sequitur Ianum. Reliquis quoque mensibus impar. Mensis glacialis. Brumalis Ianus, Februarius, atque December.

Martius.

Signatus nomine Martis. Mensis Martis de nomine dictus. Mensis quo venæ sectio sæpe nocet.

Aprilis.

Ab aperto tempore dictus. Mensis Cytherius. Ab Venere hic magna descendit origine mensis. Aprilem Veneri sacrum fecere Quirites,

Maius.

Vernans, blandus herbicomus. Vario depingens gramine terram. Ornans flore solum. Mensis qui gramina promit & herbas.

Iunius.

Mensis Iunonius A Iunonis nomine nomen habens. Quem pulchra Iouis coniunx sibi vendicat. Iuuenum de nomine dictus.

Iulius.

Aestiuos qui mouet artus. Mensis quem patres dixere Quintilem. Flauentes qui percoquit aristas.

Augustus.

Cæsare ab Augusto ducens sua nomina. Quo sol rapidis vrit equis. Nemeæi terga leonis.

September.

Mensis quo fœto de palmite poma nitent. Præbens fercula mille Mensis quo vacuas pingui vindemia cellas distendit Mensis qui pressis spumat vindemia Baccho. Mensis quo plenis spumat vindemia labris.

October.

Mensis quo seras deponit vinea frondes. Quo riget ancipiti tristatum frigore cælum. Quo furit humentes Plecias orta dies.

November.

Mensis quo bruma riget. Quo brumam Capricornus inertem per minimas cogit luces & maxima noctis tempora. Quo latet afflicto terra perusta gelu. Quo canent Borealibus arua pruinis.

December.

Mensis Neptunius, Quo nix alta iacet Concrescunt subitæ currenti in flumine cruste. Quo iacet aggeribus niueis informis & alto terra gelu.

MERCATOR.

Vagus, impiger, auarus, auidus Lucri cupidus. Extremos qui currit ad ludos pauperiem fugiens. Pelago volitans. Aequora arans, misc-

ræque ferens discrimina vitæ. Laudãs venale quas vult extrudere merces Indocili pauper pati. Perrumpens per saxa, per ignes. Anxi hæret mercator cui vota viæ collere secund & lucri fortuna fuit, nunc cogitat aurum, gemmas qua puppe vehat, pretiosaque rer quique ratis custos placeat. *V. Amarus.*

METALLVM.

Rutilum, fuluũ, durum, Ponderosum, crote Dalmaticum. Quid fului vasta metalli cong ries. Sed nitido postes Graiisque effulu tallis culmina Cur non Dalmatico splende hæc templa metallo.

Metalla diuersa.

Aes solidum graue, sonorum, ctepitans, dur rigidum, splendidũ, micans. Saxa cadũt & d annis voluentibus æra. Tinnulaque æra so Nõ caua vesanis ictibus æra sonãt. Alii s tia tingũt æra lacu. Aera micãtia cerno. qui gradibus surgebãt limina nexæque æreu bes, foribus cardo strid ebat ahenis. Excudẽ spirantiã mollius æra. Aeraq; fulgẽt sole lat sita, & lucẽ sub nubila iactãt, æratæque mic peltæ, micat æreus ensis. Aeratæ steterant littore proræ. Postesq; à cardine vellit æra

Argentum. Purum, solidum, clarum, nitid album. Argenti magnum dat ferre talen Veteres tellure recludit thesauros, ignotũ genti Pondus & auri. Iacent penitus defos lenta cælati argenti. Electro fulgebat op nitidoque argento.

Aurum. Flauum, fuluum, fulgens, mic nitidum, clarum, fatale, solidum, radians, ge matum, rutilans, inuidiosum Magni pond aurum. Lamina fulua. Spectatum in ignib aurum. Quod ab igne probatum septima tes coquit. Quid iuuat immensũ te argenti pond & auri furti defossã timidum deponere terr Dona dehinc auro grauia. Fusile per rictus a

nasluit, aut revideres. Ipse nitor galeæ claro ra-
tis ab auro. Ditabat fulcilo quicquid Mira
geret auro. Nil opus est auro, fœdis quod
cauernis euomit.

Aurum. Circumdatus auro. Nitidissimus au- *Aurā-*
to multo spectabilis auro. Multo auro fulgens. *tus.*
Auratis circumdata colla catenis. Auratæque
trabes veterum decora ampla parentū. Cæla-
taq; in auro fortia facta patrum. Fert pictura-
que sub tegmine vestes. Ostroque insignis
et auro. Tenui telas discreuerat auro. Quam
crinibus obibat aureus. Ornabant aurata moni-
lia collum Lucent genialibus altis aurea ful-
cra toris. Tecti auro fuluū mandunt suo denti-
bus aurum. Ipsius ad sedes, quacumque opu-
lenta recessit regia, fulgenti splendent auro
atque argento.

Chalybs. Vulnificus, durus, lethifer, strictus. *Chalybs.*
Hoc ære & duri chalybis perfecta metallo.
Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit
Fossa inexhaustis chalybum generosa metal-
lis. Striduntque cauernis strictura chalybum,
& fornacibus ignis anhelat.

Ferrum. Durum, rigidum, validum, sæuum, *Ferrum.*
crudum, solidum, asperum, vulnificum, rigidum.
Obductum rubigine ferrum. Igne rubens. Ver-
sato tenaci forcipe ferrum. Terribile stridore
ferrum dedit, vt dare ferrum igne rubens ple-
rumque solet, quod forcipe curuā cum faber
aduncit lacubus demittit: at illud stridet & in
undā submersum sibilat vndā. Vitam crude-
lem rumpere ferro. Fœdera mortales ne sæuo
rumpite ferro.

Plumbum. Olidum, liquidum, graue, vulni- *Plum-*
ficum, liquens, Solido fregit cana tempora *bum.*
plumbo.

MILES.

Intrepidus, acer, ferus, strenuus, generosus,
fortis, Martius, indomitus, durus, impius, auī-
dus, cruentus, sceleratus, sanguineus, acerbus,

superbus, furibundus, ſeuiatus Martis ſ
cruenta ſequens. Vtilis armis, Acer in ar
Animoſus in armis. Miles numero præſ
omnii. Martius arma induerat miles. Qu
illiciras miles parus opes. Ille ille profa
le ferus miles. Horret ſeuiatus in aggere
Non feret è noſtro ſceleratus præmia
Militis indomiti tantum mens ſæua tim

MILITARIS EXERCITATIO.

Si bella tonant, prius agmina duris exerce
diis & æſtuo præſtitue marti non brumæ re
non hybernacula ſegnes eneruent corpo
nus: ponenda ſalubri caſtra loco, præbenda
gil cuſtodia vallo diſce vbi denſari cuneos,
cornua tendi æquius, aut iterum flecti, qua
tibus aptæ, quæ campis acies fraudi qua
commoda vallis, quæ via difficilis, ſi di
nibus hoſtis, tum tibi murali libretur mar
pulſu, ſaxa roget præceps arcus præte
portas teſtudo feriat: ruat emerſura in
eſſ. ſi per operta ſoliſi longa moretur o
tum vota cane ſecura remittas, incluſam
tes, multis damnoſa fuere gaudia: diſpe
reunt, ſomnoque ſoluti ſæpius incaute
victoria turbæ, neu tibi regificis tentoria
redundent deliciis, neue imbelles ad ſigna
piſtros luxuries armate trahat: neu fla
auſtris, neu pluuiis cedas, neu defenſura
rem aurea ſommoue ant rapidos vmbrac
les: inuentis vtere cibis ſolabere partes
ſudore tuas, ſi callis iniquus, primus ini, ſ
ſi cædere prouocat vſus, ne pudeat ſ
cum ſtrauiſſe bipenni, calcatur ſi pigra
tuus ante profundum prætentis ſonipes
tu protere curru hærentes glacie, liquido
ſcinde natatu: nunc eques in media equi
te conſere turmas, nunc pedes aſſiſtas pe
tum promptius ibunt te ſocio: cum conſpic
gratuſque geretur ſubite teſte labor.

MINARI.

Mina

Minas iactare, iactare minis. Verbis terrere. Terrere minis. Addere, adiicere, incutere minas. Fundere, effundere, iacere, spargere ab ore rabido, saeuas minas. Vrgere minis. impauidos ore tonante sonos. Præsens minatur exitium. Desinit esse minax, minibus terrere nouis. Hinc spargere vo- vulgum ambiguus. Præsentemque viris nant omnia mortem. Et nisi paruerit, & grauiora minari. Minasque ne procul dat, conuiciaque insuper addunt. Multa tuenda minatur. Fetus ille minari desu- incumbens, verbisque vrgere pudorem. gerit ore minas, quanto premit omnia

MIRARI.

los stupor vrget inertes. Hæc dum Dar- *Stupere.*
Anchisæ miranda videntur. Dum stupet, *Admirari.*
taque hæret defixus in vno. Obstupuit re- *Obstupescere.*
pedem cum voce repressit. Obstupuit,
que comæ, & vox faucibus hæsit. Pau-
pectu conterritus hæsit. Visum mirabile
Illi obstipuere silentes, conuersique
inter se æque ora tenebant. Obstupuit
confusus imagine rerum Turnus & ob-
cito stetit. Iamque domum mirans ge-
in humida regna ibat, & intenti mo-
factus aquarum.

MISCERE.

miscetis odores. Mistaque securo est *Immiscere.*
lympha mero. Terram cœlo commis- *Commiscere.*
iscere sacra prophanis. Omnia turbare. *Permiscere.*
gallæ admiscere saporem. Se quoque
bus permistum agnouit Achiuis. Vadi-
misti Danais. Misso ingens exorta tu-
lætitia.

MISER.

agitatur iniquis Qui fatis vrgetur acer- *Infelix.*
Quem duri exercent casus. Terque quater- *Infortunatus.*
miser. Omnibus malis obnoxius. Quem
mit aspera fata. Quem graues agitat ca-

ſus: Non ignara mali miſeris ſuccurere diſco. Miſeros meliora ſequētur. Me circumſtat de ſorum turba malorum. Vtque caducis percuſſ crebro ſaxa cauantur aquis, ſic ego conti fortunæ vulneror ictu: nec magis eſt curs Appia trita rotis, pectora quàm mea ſunt ſæ calcata malorum. Me dolor & primis labor a xius vrit ab annis, me trepidi exanimant cu micante metu, me furor exagitat, tuus oppri mit vndique terror. Aeger, inops, caris in deſertus amicis, nec noti ærumnis ingem meis. Miſeræ pars vltima vitæ in luctu, ſqua lore ignominiaque ſeneſcit.

MISERERI.

Pallas miſerata laborum. Cælo miſeratus a alto Iuppiter. Erige me aut ſolare iacentem Iuno longum miſerata laborem. Oro miſer laborum tantorum Miſereſcimus vltro. M noſtri miſerere, moti me denique cogis. Ph be graues Troiæ ſemper miſerata labores. ſolâ infandos Troiæ ſemper miſerata labo Oro te miſerere animi non digna ferenti ceat caſum miſerari inſontis amici. O veſtrum eſt miſereri, aut ſi quibus vnq extrema iam ipſa in morte tuliſtis opem.

Miſericors.

Clemens Aequus, mitis, propitius, lenis, clemens b gnus, beneuol⁹. Dexter ades tuo numine. I ſe alicui placidum. Reſpiciens placato vu

MODVS.

Mobilis, pulcher, aureus, memorãdus. O conſiliis moderãs. Rectam menſuram ſer Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fi quos vltra citraque nequit conſiſtere rec

Modum ſeruare.

Modum tenere, retinere, adhibere, po imponere, facere, ſtatuere modũ Frænã rari. Non permittere libera fræna. Non nimium mœſtæ veſtigia curæ. Temperate derari cuncta conſilijs. Non concedere d

Fortunam frænare ſuam, finemque ſecũdis ponere conſilium eſt, nec parua acceſſio, magnæ fortunæ eſt tenuiſſe modum, ſi fræna relaxas aſperetin præceps, poſſem te multa monere, eamque exemplorum magna eſt mihi copia, quantus vir fuerat Cyrus, tamen is dũ ſine fine illo credulus inſequitur fortunã turpiter alto cecidit è ſolio, cumulus fuit ille pudori fœmineã cecidiſſe manu: felicia Pyrrhus arma tulit, quanta potuit cum laude reuerti in regnũ: ſed quia nec regna tenere, nec curſum cohibere poteſt, collapſus ad ima corruit: hęc ipſa patria Regulum fortuna ſupremis æquarat ducibus, ſed dum conſcendere ad aſtra nititur, in terram iacuit reſupinus acerbo fine decus partem claudens.

MOLERE.

Saxo frangere fruges Terere, conterere, atterere ſaxo. Cereris fruges aſpera ſaxa terunt. Perdomitam ſaxo Cererem, Frugeſque recentes & torrere parant flãmis, & frangere ſaxo. Quodcunque eſt ſolidæ. Cereris caua machina frangat.

Mola.

Verſatilis, pumicea, ſcabra, ruſtica. Prumiteus verſat aſella molas.

MONILE.

Aureum, auratum, inſigne, gemmatum, bacca-tum, fulgens, decorum, ſplendens, ſplendidum contextum gemmis. Pendens teteti collo. Ornans, exornans, decorans collum. Pendebant gemmata monilia collo. Candida ſub mentis redimita monilia cancris.

MONS.

Altus, ærius, ſaxoſus, frondoſus, ſublimis, ſuper, nemoroſus, arduus, vmbroſus, rigidus, concernus, æthereus, nubifer, ſaxeus, inacceſſus, ſcopoloſus, auius, elatus. Montana cacumina. Prceps mõtis acumen Culmina montis. Mons ſe ſurgit in aëra. Qui fertur ad aſtra vertice. Qui tollit ad aſtra caput. Qui ſuperas ſe tollit

in auras. Caput inter nubila condens. Ferit vertice sydera. Nimbosa cacumina montis. Postquam altos ventum in montes, atque in tua lustra. Pulsabantq; cani montana cacumina fluctus. Mons ibi verticibus petit arduis astra duobus, nomine Parnassus, superatque cacumine nubes. Ipse procul montis sublime cacumen occupat. Cadit altis de montibus umbræ. At procul excelso miratus vertice montis. Præsentemque vncis manibus capita aspera montis. Summa cacumina linquunt. Scandit inaccessos brumali frigore montes. Aërijcursu petit ardua montis. Præruptos conscendere montes. Aërium niuei montis liquere cacumen. Vix ea fatus erat, summo cum monte videns ipsum inter pecudes. Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci. Per campos & operta arbore montes. Riget ardua montis æthere facies. Nubiferi montes & saxa minantia cœlo. Exesi montis sub rupe cauata. Pascunt vrgæ scopuloso in monte capellæ. Ille saltus euadens cursu in montes. Non ego te præruptos iubeo conscendere montes.

Collis. Aprious, apertus, vmbrosus, celsus, spatiosus, dumosus, latebrosus, viridans, frugifer, viridifer. Canes in apricis collibus errant. Collis sub vmbroso. Hebriferos adiit colles atq; arua. Glaucus Vrque nouas legeret fœcundis collibus herbas. Floriferi colles pictaque prata virent. Frondosi collis latebras, & saxa cauata. Grata coloratis spectacula collibus offert. Frondoso vertice collis.

Iugum. Accliuum, montanum, asperum, comans, arduũ sublime. Per deserta iuga properat. Vallis in amplexu nemorũ sedet, aspera circumiuga. Tali se cõcitat ardens in iuga sentus. Gens ipsa iugis assueta niuosis. Tẽplaq; Palami constituere iugo. Nunc herbosa videmus colli iuga surgere cliuo.

Vertex. Aërius, celsus, exesus, frondosus, editus,

fer. Io aërio pendent tua vertice castra. Sulphureum vomit exeso de vertice fumum. Vitifero iuxta tumulus se vertice tollit.

Montium nomina.

Aetna. Ardens, flagrans fumans, ignifera, fumosa, alta, feruida, Trinacria, Sicula, Sulphurea ardẽs fornacibus Aetna Aetnæ ignis turbine fumans piceo. Attollens globos flammarum & sydera lambens. Sulphureas eructãs in astra fauillas. Tũ procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna. Horrificis iuxta tonat Aetna ruinis: interdumque atram prorumpit ad æthera nubẽ, turbine fumantem piceo, & candente fauilla, attollitque globos flammarũ & sydera lambit: interdum scopulos, auulsaque viscera montis erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras cum gemitu glomerat, fũdoque exæstuat imo: huius est Enceladi semiustum fulmine corpus, quod ingeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam impositum ruptis flammam expirare caminis. Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam, flammarumque globos, liquefactaque voluere saxa. Non sic Aetnæis habitans in vallibus horror Enceladus spirante Noto, cum tota cauerna ingemuerit, & torrens in campos defluit Aetna. Non tam grande tonat motis incudibus Aetna, quam Brontes Steropesque ferit. Nunc tamen illa modis quibus irritata repentè flãma foras vastis Aetnæ fornacibus effluat expediam, primum totius sub caua montis est natura, ferè siquidem suffulta cauernis, omnibus est porro in speluncis ventus, & aër: hic vbi percaluit, calefactque omnia circumflexa furens, quà continuãtur terramque, & ab ollis excussit calidum flãmis velocibus ignem, tollit se, ac rectis ira faucibus eiicit altè, fundítque ardorem longè, lõgeque fauillam differt, & crassâ voluit caligine fumum, extruditque simul mirando pondere saxa. Iam propè conspicitur fumosi verticis Aetnæ, sulphureis innixa vndis, olimque Cy-

clopum terra ferax, at nunc trucibus domus apta tyrannis.

Alpes. *Alpes.* Gelidæ, ventosæ, aëriæ, latebrosæ, nimbisonæ, saxosæ, nimbiferæ. Aequantes gelidis nubila summa iugis. Gelidas Cæsar cursu superauerat Alpes, Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes. In queis sæuit acri frigore semper hyems. In quarum cacumine grando, & nix indurata recumbit.

Atlas. *Atlas.* Arduus, gelidus, occiduus, Lybicus. Caput inter nubila condens. Rupibus infœcundus. Tangens vertice cœlum. Aëriis qui fert astra iugis. Procul arduus Atlas horruit.

Ida. *Ida.* Frondosa, nemorosa, vmbrosa, alta, ardua, opaca, sacra odora, pinifera, Iliaca. Fontibus amœna. Altrix ferarum. Celeberrima fontibus Ida. Ardua iamdudum resonat tinnitibus Ida. Dij temerè errabãt in opacæ vallibus Idæ. Fortè sub vmbrosis nemorosæ vallibus Idæ. Ida altrix syluarum. Ida fœcunda ferarum.

Libanus. *Libanus.* Editus, cedrifer, tepens, altus, ingens. Qui hirsutũ tollit ad astra caput. Quem plurima cedrus fronde tegit. In quo cedrus sua brachia pandit.

Olympus. *Olympus.* Frondosus, celsus, opacus, æthereus. Altior & monio mons est Argæus Olympo. Dissiluit gelido vertex Ossæus Olympo. Ossa pruinosum vexit glacialis Olympum. Vt altus Olympi vertex qui spatio ventos hyemesq; relinquit, perpetuum nulla temeratur nube serenum, celsior exurgit pluuiis, auditque ruentes sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua caltas.

Parnassus. *Parnassus.* Arduus, biceps, Gorgoneus, altus, bicornis, biuertex, niualis. Bifidus vertex Parnassi. Mõs qui verticibus petit arduo astra duobus. Quo sacra tenet penetralia Phœbus Arx, culmina Parnassi. Parnassia rupes. Vbi fõs manat Bellerophõtis equi. Superãsque cacumine montes. Parnassus gemino petit æthera colle. Mons Phœbo Bromioque sacer. Omnis ad ae-

cessus Heliconis semita trita est. Fons vbi Castalius vitreo torrente superbit, vnde nouem dominas sæpe bibisse ferunt.

Apollineus, Amœnus, Pierius, virgineus, diuinus, virens, Mons virgineus Musis sacer. Procul ecce canoro demigrant Helicone deæ. Pellor & è montis culmine virginei. Vt studio maiore petant Helicona virentem. *Helicon.*

Rhodope. Glacialis, niualis, gelida, Threicia, alta, aëria. Cana gelu. Niuibus candens Medium porrecta sub axem. Quam solida nunc verberat Arctos. Threiciam Rhodopen habet angulus vnus & Hæmum. Qua patet vmbrosum Rhodope glacialis ad Hæmum. *Rhodope*

Sina. Altus, nimbosus Vertex Sinæus. Sinaïcus, Sinæi culmina montis. Sinæi culmina sanctæ iugi. Astra patens. Tollens cælo alta cacumina. In quo data est lex marmoreis inscripta tabellis. *Sina.*

Taurus. Inhospitalis, niuosus, frigidus, Rigens Antro frigore. Hinc Cilicis Tauri saxosa cacumina viset. *Taurus.*

Vesuvius. Præruptus, viridis, ferax. Hic est pampineis viridis Vesuuius vndis. *Vesuvius.*

MONSTRVM.

Horrendum, ingens, vastum, immane, sæuum Gorgoneum, minax, terrificum, immite, ferum, prodigiosum. Dictu mirabile monstrum. Triste haud illis monstrum nec sæuior vlla pestis, & ira Deum Stygiis se se extulit vndis. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Dum loquor & turpis moror ad spectacula monstri. Vidimus ingentes lanas, membrosaque monstra. Alcides tot monstra meis deformia vicit viribus.

Monstra quædam.

Cacus. Flammigena, dirus, ferox, trux, immanis, sæuus. Auentinæ timor atque infamia syluæ. Eram immanem, oculis flammas atque ore vomentum. Horrendum Tyberino gurgite *Cacus.*

monstrum. Ipso suo mactatus in antro. Qui ne certa forent manifestæ signa rapinæ auersos cauda traxit in antra boues. Tum primũ nostri Cacum videre, timendum, turbatumque ocellis, fugit ilicet ocyor Euro, speluncam petit, pedibus timor addidit alas. At specus & Cæ detecta apparuit ingens regia, & vmbrosa penitus patuere cauernæ: hunc inspirata depressum in luce repẽtè, inclusumque cauo saxo neque insueta rudẽtem desuper Alcides telis premit: ille faucibus ingentem fumũ, mirabile dictu: enomit: inuoluitque domũ caligine cæca. Pedibus informe cadauer protrahitur, nequeat expleri corda tuendo terribiles oculos vultu, villosaque setis pectora semiferi, atque extinctos faucibus ignes. Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro per tria partitos qui dabat ora sonos.

Centauri. Sæui, truces, superbi, semiferi, bimembres, semihomines, biformes, nubigenæ, Ixione nati, Iouis ignibus vsti, extincti. Centaurusque minax arcu, & Neptunia proles. Ceu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto descendunt Centauri. Ille furentes Centauros letho domuit.

Centauri.

Charybdis. Dira, sæua, auida, rapax, rapida, trux, metuenda, oblatrans, irrequieta, Sicula, implacata. Ratibus inimica Charybdis. Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras erigit alternos, & sydera verberat vnda. Sic implacata Charybdis me sorbet.

Charybdis.

Chimæra. Triformis, ignea, furens, Lycia, ignita flammiuoma, tremenda, triplex, fera, rapida, ardens. Flammis armata Chimæra. Flammas ore vomens.

Chimæra.

Chiron. Semiuir, biformis, toruus Aemonius. Saturnigena, geminus, doctus, Thessalus, longæuus. Armatus arcu. Magni doctor Achillis

Chiron.

Phillyrides. Æacidæ præceptor. Qui cytharæ perfecit Achillem. Princeps è vertice Peli adpenit Chiron portans syluestria dona.

Geryon. Ferus, tergeminus, triformis, tricorpor, triplex, Iberus, minax. Forma triplex pastoris Iberi. Tergemini nece Geryonis spoliisque superbo. Non me pastoris Iberi forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, mouit, robore vel triplici corpore Geryonis. *Geryon.*

Minotaurus. Sæuus, dirus, monstrosus, horrendus, semibos, semiuir, biformis, informis, labyrinthæus, indomitus. Carnibus humanis vescens, Semiuirumque bouem, semibouemque virum. Mistumque genus prolesque biformis Minotaurus inest. Lumine quod cæco obscura & caligine monstrum Gnosiacis clausit Dædalus in latebris. *Minotaurus.*

Polyphemus. Ferus, durus, madidus, ferox, cæcus, monoculus, immanis, terribilis, Neptunius. Sublimi corpore monstrum. Non cuiuis socios. Lumine fraudatus. Qui Vlyssis socios rastam demisit in aluum. Cui lumen ademit Vlysses. Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt, immemores socii vasto Cyclopis in antro deseruere: domus sanie dapibusq; cruentis intus opaca, ingens. Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli, visceribus miserorũ, & sanguine vescitur atro, haud impune quidem: talia passus Vlysses, oblitusque sui est Ithacus discrimine tanto. Nam simul expletus dapibus, vinoq; sepultus cervicem inflexam posuit, iacuitque per antrum immensum, saniem eructans ac frusta cruento per somnũ commixta mero, nos magna precati numina sortitiq; vices, vna vndique circum fundimur, & telo lumen terebramus acuto ingens, quod torua solum sub fronte latebat, Argolici clypei aut Phoebeæ lampadis instar. *Polyphemus.*

Scylla. Rapax, horribilis, truculenta, triformis, immanis, Siculæ, impia. Terribiles quæ *Scylla.*

pandit hiatus. Nautis infesta. Virginis ora gerens. Quæ Dulichias vexauit rates & gurgite in alto deptensos nautas lacerauit. Attractam lacerans rates. Pandentes vela carinas Scylla triformis agit. Nunc vada latrantis Scyllæ nunc ora Charybdis. Ad Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris, ora exertantem & naues in saxa trahentem, prima hominis facies & pulchro pectore virgo pube tenus, postrema immani corpore pistrix delphinum caudas vtero commissa luporum. Præstat Trinacrij metas lustrare Pachini, quam semel informe vasto vidisse sub antro Scyllam & cærulea canibus resonantia saxa.

Vncta-ui. Retar-dare.

MORARI.

Trahere moras. Moliri morã. Moras afferre. Addere moram. Quæ te tam sera moratur segnities? Quæ tantæ tenuere moræ? Causas innecte morandi. Clausis cunctantur in ædibus omnes. Continuitque gradum. Sed erit nobis meta longa laboris. Languor in extremã tenuat vestigia ripã. Quærebat tardas anxius vsque moras. Quin age si quid habes in memora non erit vlla. Haud multa moratus. Rumpe moras omnes. Eia age rumpe moras. Increpat vltro cunctantes socios. Ille autem pauidus paret cunctatur in omnes. Nulla mora in Turno.

Mora.

Segnis, tarda, annosa, longa, lenta, tarda, iners, deses. Torpuerant longã pectora nostra morã. Surgit & ignauæ fert mala dãna moræ. Eia age segnes rumpe moras. Haud mora. Nec mora.

MORBVS.

Tristis, grauis, pallens, durus, pestifer, lethifer, sæuus, iners, pernicios us, crudelis, impatiens, violentus, auarus, atrox, dirus. Malus immedicabile. Semina morbi. Atteres languentia corpora. Extenuans, attenuans corpus. Corpora discrucians, macerans. Intimas vorans medullas. Infirmo decerpens corpore vitæ

Dolor & moribus lethi fabricator vterque est.
Non tibi morosi veniãt fastidia morbi. Luctus edax, maciesque malis comes addita morbis.
Eximium florẽ morbus populatur. Fataleſque
ardens morbi, pœnæque ſequaces. Noſtra ætas morbis oppleta malignis.

Piger, frigidus, &c. Deficio nec plura ſinit me dicere languor lethifer. Heu doleo, langore animus teſtatur amaro. Somnifero langore premit frigentia membra. *Lãguor.*

Morbo affici.

Tentari grauibus morbis, Atroci preſſum decumbere morbo. Graui decumbere morbo. Exerceri, confici affici, pallenti morbo. Triſtes ineſſunt pectora morbi. Pallent exangui corpora morbo. Iam laborant continuis cruciatibus oſſa. Grauibus morbi cruciatibus vti. Tabificat corpora languor habet. Totum corpus ingenti languore iacet ſine viribus ægrũ. Triſti laguebãt corpora morbo. Subeũt morbi, triſtiſque ſenectus. Omniaque in ſe oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Linquebant dulces animas aut ægra trahebãt corpora. Parce puer tenero conrũpere febribus artus. Longior infirmũ ne laſſet epiſtola corpus. Pallida nec cubito membra leuare poteſt. At mihi væ miſeræ torrentur febribus artus, & face pro thalami fax inhi mortis adeſt. Vis morbi diſtracta per artus turbata mea agens animã. Palliſque exangui ſqualebant corpora morbo. Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti. Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus.

Morbidus.

Inualidus. Artus inualidi. Inualidum corpus. Languida membra. Morbo languens, derumbens. Quem langvor habet. Affectus, affectus morbo. Morbo gratis. Continuo eſt ægris alius color, horrida vultum deformat macies. Fractus morbo quoque fumeque. *Languidus. Aegroc.*

Morbo moderi.

Reuelare corpora morbis. Medicamine pellere morbos. Leuare morbos. Ex ægro corpore morbos pellere. Aufer & ipse meum parere medicandæ dolorem. Huc ades & morbos expelle. Nec te iã Phœbe pigebit, ægroto medicas applicuisse manus. Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon. Quâ cuspide vulnus senserat, hac ipsâ cuspide sensit opem. Principiis obsta, sero medicina paratur, cum mala per longas inualuere moras. Modo nascentes properabant pellere morbos, admoneo tardam nunquoque lentus opem. Medicas exercent in arte artes, venienti occurrite morbo. Tum prosuita ferens leni medicamina dextrâ. Nunc purgat vulnera lymphâ, nũc mulcet succis, ligat inde, ac vulnera molli circumdat tactu, & torpentes mitigat artus. Vos quoque Phœbei morbos qui pellitis arte. Nullus Apollinei qui leuet arte malum est. Vtq; Machaonius Pœantius artibus heros lenito medicã vulnere sensit opem. Lenire dolorem possis, & magnam morbi deponere partem.

Medicina. *Medicina.* Salutaris, suauis, dulcis, grata, optata, exoptata efficax. Pellens, tollens, leuans morbos. Flammantes qui tollit pectoris æstus. Ars Phœbea, Apollinea, Machaonia. Ars medica. Ars medendi. Ea visa salus morientibus vna. Quo non præsentius vllũ auxilium venit. Tanquam hæc sit nostri medicina furoris. Quas mihi non herbas, quę non medicamina nutrix attulit audaci suppositque manu.

Medicus. *Medicus.* Fidus, fidelis, doctus, expertus, cultus. Pellens ex ægro corpore morbos. Depellens medicamine morbos. Medicã ferens opem languentibus ægris. Sciens depellere morbos. Dans docta pocula mista manu. Corpore ab ægroto properãtia fata repellẽs. Peritus in arte medendi. Qui tentat salientem pollice venam. Ille ego qui toties blandus matrumq; pa-

munq; vulnera, qui viuos potui mulcere dolores
deficio, medicasque manus, fomentaque
porro vulneribus (sed summa) meis. Quan-
tus apud Danaos Podalyrius arte medendi.
Quid tibi cum medicis? Dimitte Machaonas *Ma-*
omnes. *chaones.*

Medici illustres.

Aesculapius. Phœbigena, salutifer Coronide *Aesculapius.*
natus. Arte medendi clarus. Medicinæ reper-
tor. Filius Arsippi vel Apollinis. Artis me-
dicinæ potens.

Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas *Epidaurius.*
sinabit nullâ vulnera cordis ope.

Machaon. Celeberrimus, salutifer. Vtque *Machaon.*
Machaonis Pæantius artibus heros lenito me-
dicam vulnere sensit opem.

Morborum genera.

Cancer. Lethifer, atrox lethalis. Malum latè *Cancer.*
saeuum medicabile cancer serpere.

Febris. Finitans, anhela, ardens, rapida, cali- *Febris.*
da, aquda, occulta, recurrens, intercallata, mo-
lesta, maligna, dira, grauis, iners, tremula, no-
xia violenta, depascens artus. Corporis ardor,
humidus ardor corporis. Arida cõuellit fer-
uens præcordia febris. Et phlegetõtæo me cõ-
cipit igne focus. Anhelis febribus vri. Torren-
tur febribus artus. Torrebar violentis febribus
æstu. Nonne vides quantos febris recidiua
dolores efferat; Pugnat & in toto corpore fe-
bris edax. Insanit grauiter dum febre laborat.
Nec dolor vllus adest, nec febribus vror anhe-
lis. Artus depascitur arida febris. Aret & ex-
usto tabescit lingua palato, furaque compres-
faucibus ora tacent. Insana Ditis grauiter
dum febre laborat. Membraque lethiferis fe-
bribus apta manent. Febribus obsideor validis,
mortemque propinquam suspicor.

Lepra. Lurida, edax, improba. Improba mor- *Lepra.*
duci serpens prurigine lepra. Lurida discutitur
squamoso corpore lepra. Præstat vtrinque

gradum lepramque repurgat edacem.

Pestis. *Pestis.* Sæua, dira, atra, gelida, noxia, ignea, fluida, tabida, inimica, lethalis, atrox, mortifera, violenta, contagiosa, terra, lethifera, sanguinea. Strangulans fauces. Obscuro nomine grassans. Tradens corpora mille neci. Pestis viscera serpens dira lues.

Podagra. *Podagra.* Turpis, nodosa, dira, sæua, cruda, dura tarda, tardi grada. Secans, crucians pedes. Tollere nodosam nescit medicina podagram. Clamantes quũ dira premit, vexatque podagra. Aliquem merito tarda podagra secat. Tardigradam tactu sanare podagram.

Rabies. *Rabies.* Improba, miseranda, preceps, vesana, dira, horrenda, furiosa, cruenta, acerba, immitis, infrænis, ferox, animosa. Nigra armata veneno. Fœda vngues, impexa comas, & dente cruento. Corda tumẽt rabie. Rabie fera corda tumescunt. Spumat tum primum rabies vesana per ora. Indomitam properat rabiem sedare. Immitẽque animi rabiẽ posnisse iuuabit. Non saturata tamẽ rabies inimica recedit. Spectatus princeps, rabieque ardebat acerbâ. Sed furor insanus rabiesque infræna. Rabies truculenta resæuit. Gliscitque per ora infrendens rabies. Rũpit in omne nefas rabies germana furoris. Nondecus ac si quãdo ferox armenta leonum inuasit rabies. Rabies, furor, iraque mentes præcipitant.

MORDERE.

Dare, infere, exercere morsus. Premere dẽs aliquid morsu diuellere, consumere. Misera morsu depascitur artus. Canũ morsu de montibus altis actus aper. Ipsique suos iam morte sub ægra discissos nudis laniabãt dentibus artus. Aliter inhæsuro similis iam iamque tenere sperat, & extento stringit vestigia rostro, alter in ambiguo est, an sit comprehensus & ipse morsibus, eripitur, tangentiaque ora relinquit. Ferum rapido laceravit dente leonem. Aleta æternum laniabãt morsibus artus. Rostroque

rulento hamatisq; viri laniauerat vnguibus ora. Occupat hos morsu figitque in acumine dentes. Vndique circumstant, morsisque in corpore rostris dilacerant falsi dominum sub imagine cerui.

Morsus.

Asper, ferus, auidus, venenatus, spumosus, uenenis, rigidus, liuidus, acer, immanis. Scelerata fero consumite viscera morsu Quam nuper rigidis extinxit morsibus hydrus. Illum autem rapit & morsu discerpit acerbo. Immani laniantur pectora morsu.

M O R I

Occumbere morti. Duros letho finire labores. Stabili lætos claudere fine dies. Placidáq; quiescere morte. Claudere nouissima fata die, Morti succumbere acerbæ Oppetere mortem. Pariter vitam cum sanguine fundere. Vsuram luce crudeli vulnere reddere. Extremã effundere vocem. Spiritus artus deserit. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras. Fata subire. Spiritus tenues euanescit in auras. E vita discedere. Pulchráq; petunt per vulnera mortem. Defunctaq; corpora vitã. Mene Iliacis occumbere campis non potuisse, tuaque animã hanc effundere dextra. Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet hostor. Moriamur & immedia arma ruamus, Pulchrúque mori succurrit in armis. Concidit ut multo vitam cum sanguine fudit. Mortemque miserrimus opto. Vocat lux vltima victos. Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant corpora. Viuisne, aut si lux alma recessit. Si pereo, manibus hominum periisse iuuabit. Et cum frigida mors animã seduxerit artus. Hãc vocem extremam cum sanguine fundo. Cum grauis extremas. Vestinus duceret horas & iam per stygias esset iturus aquas. Sed prius hanc animam nimium tibi sæpe petitam auferet illa dies. Cum fuero vacuas dilapsus in auras exanimus. Vbi vita tuos inuita reliquerit artus.

lata graui telo confossaque vulnere mater sui pariter vitam perdidit atque dedit. Teque isto corpore soluo; sic ait, & dextrâ crinem secat; omnis & vna dilapsus color, atq; in ventos vita recessit. Nec finire licet tantos mihi mœrendolores. Spiritus hic vacuas prius extenuãdus in auras ibit, & in tepido deseret ossa rogo. Purpureã vomit ille animã. Quẽ non virtusegentẽ abstulit atra dies, & funere mersit acerbo: Cõfixi expirant animas. Labitur exanguis, labũtur frigida letho lumina. Collapsos artus atque arma cruenta cerebro sternit humi moriens, atque illi partibus æquis huc caput, atq; illuc humero ex vtroque pependit. Sanguinis ille vomẽs riuos cadit, atque cruentam mandit humum, morienſque suo se in vulnere versat. Quicquid habet ortus, finẽ timet, ibimus omnes, ibimus, immẽsis vrnam quærit Aeacus vmbris. Medios animam expirauit in ignes. Quãdo aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. In vultu color est sine sanguine, lumina mortis, stans immota genis, nihil est in imagine viui: ipsa quoq; inter eas cum duro lingua palato congelat, & venę desistunt posse moueri: nec flecti ceruix, nec brachia reddere motus, nec pes ire potest. Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in æuo. Hei misero fratri iucundum lumen ademptum. Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus. Quin etiam mea cum tumulus contexerit ossa. Atque vtinã primis animã me ponere cunis iussisset quæuis de tribu vna soror. Per te immaturum mortis adimuriter. Occidit & misero fleterat vigesim' annus, sed media cecidere abruptæ inuĕta gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos. Nullus in exanimi corpore sanguis erat. Prius hanc animã vacuas reddemus ad auras. Inque leues abiit paulatim spiritus auras. Iã gelida ora tacent. Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Sed iam claudebat flatus, nec plura

sorbat Atropos. Iam deficiente cruore vacuas senior vitam desperfit in auras. Dulcia linquebant labentis lumina vitæ. Me cum fatali lecto damnauerit hora. Non plura loquutum vita fugit, clausæque oculos pressere tenebræ. Tot simul infestos iuuenes occumbere letho. Sed iuuat ante suum sic cecidisse diem. O terque quaterque beati, queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis contigit oppetere. Nō tamē ante mihi langueſcēt lumina morte, nec prius a fesso secedent corpore sensus, quàm, &c.

Maior prius

Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras, & in tepido deseret ossa rogo, Spiritus ne meus tenues vanesceret in auras. Prius hanc animam tenues redemus in auras.

Mors.

Aeolus. Ventipotens, imperiosus. Rex tempestatum. Frænans cohibens, compescens, tenens carcere ventos. Qui vim ventis incutit. Qui mulcere potest fluctus, & tollere ventos. Vasto Rex Aeolus antro luctantes ventos, tempestatesque sonoras, imperio premit, & vinclis, ac carcere frænat. Qui regat immania saxa ventorumque domos. Illâ se iactet in aula Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet. Celsâ sedet Aeolus arce sceptra tenens, mollitque animos & temperat iras, qui faciat, maria, ac terras, cælumque profundum quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras Aeole, namque tibi diuum pater, atque hominum Rex, & mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.

Ventorum Domus.

Aeolia. Vasta, aëria. Rupes horrenda fretis, Aeolia.
ventorum regnata duci. Aequore Trinacrio re-
gique à parte Peloti stat rupes horrenda
tis, quot in æthera surgit molibus, infernas
ies demissa sub undas, nec scopulos aut antra
not iuxta altera tellus cernitur, illam Acha-
i habitat nuduſque Pyrachmon, has nimbi
ntique domos & naufraga seruat tempestas.
Continuo Aeoliam Tyrrhenaque tendit ad an-
concitus Auster.

VERBERARE.

Flagris, & verbere cædere. Insonare flagello; Flagel-
verberibus cruentis. Verberibus ceduntur ter- lare.
ga nefandis. Crudeli verbere terga lacerare.
illi instant verbere torto & prouident lora vo-
vi feruidus axis. Verbera lenta pati & duris
nere lupatis. Terque quaterque manu pectus
percussa deorum. Sic tibi de furiis scindat latus
ua flagello. Et qui non tulerat verbera, tola
ulit. Ora proteruis insequitur manibus gene-
sque pectora pulsat. Nunc dextra ingeminat
ctus nunc ille sinistra. Nec mora nec requies,
am multâ grandine nimbi culminibus crepi-
nt sic tēlis ictibus heros creber vtraque manu
pulsat, versatque Darera. Cōtinuo sontes vltrix
ncta flagello Tisiphone quatit insultāsq; Iā-
que iterum tundens mollissima pectora palmis.
Date sæua fero verbera tergo, cædant humeros
bora sortes, stipesque potēs duris oneret pe-
ora nodis. In torto verbere terga seca. Quarū
ma madentes scissa genas, planctu liuentes
ora lacertos, nunc ait, miseræ contundite
pectora matres, nunc laniate comas, nunc
fossas laniata genas, contusaque pectus verberibus
crebris. Pectora nunc fœdant pugnis, nunc vn-
gibus ora. Inornatos laniauit diua capillos. Et
repetita suis percussit pectora palmis. Pectora
maxerunt, tenuem percussa rubore. Illi in-
stant verbere torto.

Verbera.

Flagellum. Tortum, sæuum, cruentum, crudele, triste, nodosum, crepitans, exagitatum, nefandũ, mortiferum, minax, ferreũ. Is mea crudeli lacerauit verbere terga. Eques insano verbere verat equum. Pia verberibus cæduntur terga nefandis. Ferrea clamabat date verbera, lictor expedit. Lene, mortifero delictum verbere punit. Mox vbi pulsato senserunt verbera tergo.

VERECVNDVS.

Candida vestis erat, præcincti flore capilli, Suua verecundis inerat ora rubor. Sensi me totum erubuisse genis: luminaque in gremio veluti defixa tenebam. Lumina fixa tenet plena pudoris humo. Illa verecundo vix tollit lumina vultu. Niueos infecit purpura vultus per liquidas succensa genas, castique pudoris illuuere faces.

INVERECVNDVS.

Qui nescia corda pudoris gerit. Qui mente pudorem expulit. Vos vbi contempti rupistis frena Pudoris.

VERITAS.

Verum. Sincera, aperta, candida, nuda, concors, immerata, diuina, manifesta. Nescia fraudũ. Quod nescit sepeliri in puluere verum. Non fugit in lucem. Virtus sic dicta à pondere veri incorrupta fides nudaque veritas. Fama nec à veri discedet illa fide.

VERMIS.

Parnus, terrenus, longus, fœdus, pilosus, villosus, terrestris, infestus. Pando voluta se in puluere. Sectans interna medullæ. Interna fodient villosi rodere vermes. Putre intercorrosum vermis cadauer.

VERTEX.

Culmen. Sublimis, aërius, nimbosus, celsus, nemorosus, excelsus, frondosus, acutus, editus, vitifer. Et vertice celso canus apex. Vitifero iuxta tumulus se vertice tollit. Sulphureum vomit ex vertice fumum.

Arduum aërium, sublime, vmbrosum, nemo- *Culmen acumē*
rosum, montanū extruit ingentes, sublimi culmine sedes, præsidet vmbroso sub amœni culmine collis Sępius in Rhodope nemoroso culmine silens. Cynthia sępe sui descēdēs culmine Cynthi aërio. Summi tastigia tecti ascensu supero.

VERV.

Longum, oblongum, teres, terribile. Terribili- Terribile
cis vulnera longa veru Inserto torrere exā- gia ferro. Fusique per herbam subiiciunt ve- rubus prunas, & viscera torrent. Viscera que oblongis verubus confixa gerebat.

VESTIGIA.

Certa, falsa, tacitura. Signa notæque pedum. Vestigia ferre, flectere, stringere mouere. Ve- stigia obseruata sequi. Intrant vestigia ripis. Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia re- tis, cauda in speluncam tractos, versisque via- rum indicium raptos saxo occultabat opaco. Sique tuis nunc fixa pedum pono pressis vestigia signis: VESTIRE ET VESTES.

Circundare corpus amictu. Vestibus ornare, *Induere.*
ornare corpus. Corpus veste tegere. Indue- re, sumere velamina, vestem Nam modo fulge- tem Tyrio subtegmine vestem induerat Ortā die duce fertilis anni, splendidior liquidis iam Sol caput extulit vndis, albentique hume- ros induxit amictu.

Vestis.

Laborata, picta, linea, Sidonia, fulgida, Ty- ria, purpurea, nitens, serica, preciosa, decora, elegans, tenuis, fusa, ornata, coccinea texta: Saturatā murice vestis. Ebria murice vestis. Pi- cta croco & fulgenti murice vestis. Tyrio sub- tegmine fulgens. Ostro auroque rigens. Bene conueniens & sine labe. Aere laboratæ vestes ostroque superbæ. Fert picturatas auri subteg- mine vestes. Aurea purpuream subnectis fibula vestē. Non libet auratā corpora veste tegi. Pur- pureā velatus veste. Aurea sedebat, cæsaries oli-

Iis atq; aurea vestis. Vestis priscis hominũ variata figuris. Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta veste nitet. Pedes vestis defluxit ad imos. Tum geminas vestes ostroque auroq; rigentes extulit Aeneas, quas illi læta labore ipsa suis quondã manibus, Sidonia Dido fecerat, & tenui telas discreuerat auro. Diues opũ diues pictai vestis, & auri. Illic & laxas vãstes & fluxa vitorẽ velamina dies. Inque meo preciosas corpore vestes vt vidit. At nitidis auIæ prefecti investibu adsunt. Nil Tyrio fucatæ murice vestes, Ebria quæ multo murice vestis erat.

Chlamys Tunica. Depicta, aurata, Tyria Spartana Sidoniam picta clamydem circumdata limbo, Indutus Tyriam clamydem, quam lumbus obibat aureus. Diamydemque auro dedit intextam.

Palla. Pallamque, induta nitentem. Pallam signis auroque rigentem. Pallã succincta cruentã.

Tegmen Velamẽ Inde lupæ fulue nutricis tegmine lætus Romulus. Et circũ croceo textũ velamen acãtho, Pallamque & pictũ croceo velamen acantho. Fulgentia pingui murice suspirans iniicit velamina & auro intextam clamydem.

Deciderant humero pallia lapsa meo.

Pallium Septum: Amictus. Inuisos si quis tẽtarat amictus. Sidonio insignit' amictu, insuper aurato circũ velatus amictu

Hũc tenuis glauco velabat amictu carbasus.

Vestes exuere.

Cabasus Ponere vestem. Reiicere amictum. Corpora nudare. Diripere, eripere velum ex humeris. Et mihi deposita est in siccã vestis arenã. Deposita pariter cum veste timore.

VETVSTAS.

Longæua, tarda, inuidiosa, annosa, tabida, veneranda, ambitiosa, fabulosa, mendax, cana, diserta. Cũcta rodẽs. Noua cõponens figmenta. Terens vires. Memoranda canens. Nec te miretur, Cæsar, longæua vetustas. Obstat mihi tarda vetustas. Tot noua composuit mendax

gmenta vetustas. Nunc situs informis premit, & longæua vetustas. Tempus edax rerum tuque inuidiosa vetustas, omnia destruitis. Quicquid honorato sapiens canit ore vetustas. Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas.

Vetus.

Grauis annis. Obsitus annis. Grandior æuo Cui frons contracta rugis. Extremum, tempus, qui sustinet æui. Tardusque senilibus annis. Tardus grauitate senili. Obsitus æuo. Frigidus æuo, Iam languidus æuo. Senio defessus inerti. *V.* Senex. *Grandæus. Senex. Priscus. Antiquus.*

VIA.

Trita, patula, saxosa, salebrosa, angusta, attrita, lapidosa, ambigua, fallax, occulta, furtiua. Semita noua. Via per iactas candida facta nives. Per attritas sit satis ire vias. Pumice rimosas perfora vndas, vias. Tityre dum redeo (breuis est via) pasce capellas. Fidite ne pedibus, ferrorum panda per hostes est via. Lucet via longo ordine flammarum. Semper longam incomitata videtur ire viam. Ille viam secat ad naues. Tentamusque viam & velorum pandimus alas, itque, reditque viam, toties. Dixerat & pariter, gressi per opaca viarum, Mille fugit, refugitque vias.

A via aberrare.

Innumeras errare vias, implere. Ferri dubiis ambage viarum. Per deuia ferri, agi. Decipi errore locorum. Nunc huc, nunc deuius illuc errat. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat. Quà sit sibi nescit eundum. Certum mater ex nulla parte videre.

Aberrans. Sinuosis flexibus errans. Variis dubiis erroribus actus. Variis hinc inde erroribus actus. Qui vagus itque, reditque vias. *Aberrans.*

Viator.

Cautus, properans, lassus, fessus, defessus, fatigatus, sitiens, siccus, Qui tedit iter. Feres tædia longa via. Mille periclis expositus, Cantabit va-

cuius coram latrone viator.

VICINVS.

Proximus. Propinquus. Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ. Finitimi longe latéque per vrbes prodigi acti. Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni. Proximus huic longo, sed proximus interuallo. Cognatasque vrbes olim populos propinquos. Finitimi proceres coeunt, vrbes propinquæ. Terra domus, est contermina nostræ.

VICISSITVDINES RERVM.

Succedunt tristia lætis. Nube solet pulcher candidus ire dies. Pectoris apparent lachrimis noua gaudia fusis. Non semper tumidis seruent vexata procellis æquora, nec gelidâ rigent horrida terra pruinâ, inque vicem ponto venti, mare sternitur aura mitior in flores torpentes euocat herbas Mortali pereunt omnia facta manu. Non semper idem floribus est honor vernis, neque vno luna rubens colore nitet.

VIDERE.

Despice vt. Intueri Cernere. Defigere oculos. Singula lustrare. Aduertere vultus. Ad cælũ tendens ardentia lumina frustra. Diua solo fixos oculos aduersa tenebat. & Libyæ defixit lumina regnis. Fixit in vultu ne vultus. Arte noua speculata locũ. Nulla tam rumaudita mihi neque visa sororum. Quanto terra die primo se tollere tandem, visa aperto procul montes. Aduersasque aspectat desuper arces. Obtutuque hæret defixus in vno. Hærent infixi pectore vultus Signorum obitus speculamur & ortus. Si quâ forte ferant oculis se se obuia nostris errabunda bouis vestigia. Huc illuc voluens oculos. Quantum acies potest oculi seruare sequentem. Nec nusquam lumen detorquet ab illa. Hinc simul ac cupido conspexit lumine virgo. Luminaq; in vultu velut defixa tenebam. Lumina sua tenes plena pudoris humo. Quo se cunque acies oculorum flexerat, interdum toruos sustollit ad æthera vultus

Oculisque sequuntur, pulueream nubem.
pleri mentē nequit ardescitque tuendo Re-
nio, & quæ sit circum me copia lustro. Om-
collustrans, hanc primū ad littora classem
speri venientem. Oculisque errātibus alto
suiceælo lucem. Hæc oculis pater aspicis
pis. Aspexit, pariterque animo est oculis-
sequutus. Patriæ quoque vellet ad oras
spicere, inque domum supremos vertere
ltus miratur, facilesque oculos fert omnia
rcum. Corpusque per ingens lumina volui,
irque truci procul omnia visu. In te ora La-
i, in te oculos referunt. Ardentes oculo-
orbes ad mœnia tendit. Visa tua est oc-
illic Proserpina nostris. Vtque aciem par-
dimisit in omnes. Alter in alterius iactantes
ina vultum. Prosequor infelix oculis al-
ia vela. Aeneasque oculis semper vigilan-
hæret atque ita latè æquora prospectu
ior alta meo. Dum potui spectare virum,
spectare iuuabat, sumque tuos oculos vsque se-
neis. Vt te non poteram, poteram tua
vidēre, vela diu vultus detinuere meos.
e vigilans oculis, animo te nocte videbam.
am vagor aspectu, visūque per omnia duco,
fugeret visu cuncta, & penetraret in omnes
ctando partes. Et aduersa figit modo lumi-
terra. Illa quoque obliquos dilecto mœnia
ultu declinat.

OCVLOS AD COELVM LEVARE.

Ad sidera tollere vultus. Tollere, attollere, ex-
llere, oculos, lumina. Sustollere ad ætherea
ultus. Erigere lumina. Oculos ad sydera fer-
, efferre.

Oculos dejicere. Lumina fixa tenere solo. In hu- *Oculos dejicere.*
num deflectere ocellos. Demittere, submittere
oculos, ocellos. Figere lumina terræ.

VIDVA.

Mœsta, misera, relicta, spreta, deserta, con-
empta, lugens, afflicta. In vacuo sola relicta.

ſolo. Orba marito. Viuēs ſine coniuge cœlebs. Quæ iacet in viduo fœmina mœſta toro. Viduo fundens ſuſpitia lecto. Hæc bello vacua & ſæui turbine Martis lugebat thalamos. Choro ſpoliata marito. Viſa ſibi eſt rapto viduata toro. Nil ait eſſe prius, melius nil, cælibe vita.

VIGIL.

Sedulus, fidus, nocturnus, circumſpectus. Obſeruans hoſtes. Seruans vices. Nocte Phœbi ortum deſiderans. Obſeruans roſeum diem præcipiti nocte.

Vigilare.

Inſomnem ducere noctem. Vigiles perducere noctes. Nulli ſuccumbere ſomno. Nocte ſermone trahere. Noctes vigilantur amaræ. Quidam ſeros hiberni ad luminis ignes peruigilant. Sed noctem ſermone trahunt. Colluere ignes, noctem cuſtodia ducit inſomnem ludo. Et induxit noctes vigilare ſecundas. Noctemque vigil ducebat in ormis. Stramine proiectus duo patiere ſub aſtris inſomnes noctes. Impauidus ſomni, ſeruat pecus. Noctes vigilabat ad ipſum mane. Inſomnem ludo, certamendo cere noctem.

VIMEN.

Tenue, lentum, ſylueſtre, leue, viride, intortum, flexile, tortum. Claudebat totum flexile vimen opus. Agreſtes illa fruticoſa legebāt vimine. Seu lento fuerint alueraria vimine texta. Dum tibi de viridi fiſcellam vimine texto.

VINCERE ET VINCI.

Debellare. Superare Domare Subigere Frænare Sternere Delere Deturbare.

Sternere, proſternere, fundere hoſtiles manus. Referre trophæa. Redit ſuperato victor ab hoſte. Populoſque feroces contundet, moreſque viris & mœnia ponet. Genitor rum Belus opimam vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat. Fracti bello ſatiſque repulſi. Me duce Dardanius. Spartam expugnauit adulter. Sūt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida capta multa manu. Gens dura atq; aſpera cultu de-

ſollanda tibi eſt. Hic rem Romanam magno turbante tumultu ſiſtet eques, ſternet Pœnos, Gallumque rebellem. Qui omnem Heſperiam penitus ſua ſub iuga mittant, & mare quod ſupra teneant quoque alluit infra. Qualis eram. Cum primam aciem Præneſte ſub ipſa ſtraui, ſpoliorumque incendi victor aceruos, & regem ſuc Hetilum dextrâ ſub Tartara miſi. Si vero capere Italiam, ſceptriſque potiri contigerit victori & prædæ ducere ſortem. Totum ſub Latias leges cum miſeris orbem. Sat magna peregi. Arctoas domui gentes, inimica ſubegi vltima manu. Hanc oriens vidit Titan, cum ſurgeret, vrbem vallari caſtris captanque aſpexit eandem. Armatis quondam populis, patrumq; regebam conſiliis, domui terras, hominesque reuinxi legibus ad ſolem victrix vtrumque cadentem. Tres potuit ſuperare duces, fregitque furentem cunctando, vicitque manu, victumq; relegat. Miratur rapidis hoſtem ſuccumbere bellis, quum ſolo terrore ruant: nunc claſſica Francis intulimus iacuere tamen, nos Martis Sueuos contudimus, queis iura damus, queis credere poſſit? Ante tubam nobis audax Germania ſeruit, cedant, Druſe tui, cedant Traiane labores, veſtra manu dubio quicquid diſcrimine geſſit, tranſcurres egit Stilico, totidemque diebus edomuit Rhenum, quot vos potuiſtis in annis. Tempore tam paruo tot prælia ſanguine nullo perficis, & lunâ nuper naſcente profectus ante tedis quàm plena fuit. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Eruam, & æqua ſolo fumantia culmina ponam. Aut vndis abolete poteſt, aut vincere flamma.

Victor.

Celebris, celebrandus, clarus, præclarus, præualidus, fortis, egregius. Spoliis inſignis opimis. Militiæ, oſtẽtans fortia geſta ſua Rediens fuſo lætus ab hoſte. Cinctus Apollineâ victricia tempora lauro. Inde pedem victor multâ cum

laude reflexit. En adsum victor terrâq; marique. Terrâ spoliisque potius. Victrici decorate tempora lauro. Multo sublimis honore. Fronde triumphali tempora cincta geram. Multâ cede cruentus. Cæsar Hispanâ repe penates victor ab ora. Aspice vt insignis spoliis Marcellus opimis ingreditur, victorque viros supereminet omnes.

Victoria.

Celebris, præclara, gloriosa, triumphalis, masculà, canenda, regia celebranda, memoranda. Multo sanguine parta. Multa laude ferenda. Inter vtrumque volans. Adferat optatam palmam.

VINCIRE.

Ligare, nectere, connectere, innectere, reuincire. Compedes inicere. Innectere manicas, pedicas. Vinculis constringere.

Vincula soluere.

Resoluta catenis incedit virgo. Ipse viro primus manicas atque arcta leuari vincla iubet Priamus. Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas. Nec lethea valet Theseus abrumpere caro vincula Pirithoo. Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis tandē liber equus, campoque petitus aperto. Manibus diuellere nodos.

Vinculum.

Nexus. *Ligamē* *Lora* *Laqueus* *Funis.*

Arctum, firmum, tenax, intortum, forte, crepitans, fallax, nexum, nodosum, catenatū, alienū. Compede firma, gressum inhibentes. Nodi ærati. Fortes incidere funes. Vinclaq; sopita addit ad arcta manus. Fu tamen, & firmis quāuis retinebere vinclis Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit. Si vincula sæua remittis. Adamantina vincula secum quæ trahit. Carceribus clausis nodosaque vincula rupit. Catenati crepitantia vincula Petri.

VINEA.

Fertilis, ferax, culta, tenera, fœcunda, gracilis, luxurians, læta, grauida, Bacchæa,

ea, grata, frugifera, viniſua, racemifera, ...oſa, pāpinea. Multo ſudore colenda. Amiſ... palmite collis. Nectareo flore virens. Lar... pubeſcit vinea fœtu. Pleno cumulans fer... muſta lacu. Huc Pater ô Lenæe, tuis hic ... plena muneribus, tibi pampineo grauis... autumno floret ager, ſpumat plenis vinde... labris. Iam vinctæ vites iam falcem arbu... repoſcunt. Vlmiſque adiungere vites, atq; ...rina parant lentæ retinacula viti. Semi... ta tibi frondoſa vitis in vlmo eſt. Hic do... teneram palis adiungere vitem Arua fe... Bacchi. Eſt tibi rute bono generoſæ fer... uæ vinea, nec naſcens vſta ſit vua time.

Vindemia.

Spumans pinguis, mitis, ferax. Dans grauis... uas. Exonerans vuis pendentibus vlmos. ...umnali redolens vindemia fœtu. Plenis ...umat vindemia labris. Mitis in apricis co... itur vindemia ſaxis. Preſſos pedibus dans ... liquores. Cū pede ſub celeri candida mu... fluunt. Ebria cum ſpument calcaris præla ...emis. Momentana meum tibi dat vindemia ...chum. Diſtendit vacuas pinguis vindemia ...las Fertilis & preſſo ſpumans vindemia ...ccho. Tempor bus certis maturam ruſticus ...am colligit, & nudo ſub pede muſta fluunt. Quamuis & madidis incumbant præla race... is, & ſpument rauco farrantia muſta ſuſur... o. Iucundos primum matura ſopores expreſ... a multis vua dedit pedibus.

Vinitor.

Vigil, induſtrius, laborioſus, ſordidus, madi... us. Sordidus impreſſas calcabit vinitor vuas. Muſto madidus feſtinat ad antes vinitor ex... remos. Iam canit extremos effœtus vinitor ... antes. Temporibus certis maturam ruſticus v... am colligit, & nudo ſub pede muſta fluunt.

VINVM.

Purum, dulce, ſuaue, leue fragrans, Lesbium, *Merum,*

Mustū. Creticum, recreans, reficiens animos. Depellēs curas. Faciēs leues somnos. Operta recludēs, in prælia trudēs inermes. Generosi munera Bacchi. Pocula Bacchi. Bacchus liquid' Odorati pocula Bacchi. Lætitiæ Bacchus dator. Hic pater, ô Lenæe tuis hic omnia plena muneribus tibi pāpineo grauidus Autumno flore ager. Et Bacchi Masticus humor. Mastica Bacchi munera. Vina nouū funda calathis Arnisia nectar. Et vina liquētia fūdit. Aurea nunc pressos pedibus dedit vina liquores, mistaq; securo est sobria lympha mero. Vino forma perit, vino corrūpitur ætas. Quod si, Bacche, tuis per feruida tēpora donis accersitus erit somnus in ossa mea. Dulcis odoratis humor sudauit ab aris. Suauique repellere vino tristificas nubes animi. Cōuiuæ valido titubantia vino membra mouent. Tremulā dat vina rubentia dextrā. Nō mollia pleno defunt vina cado. Larga epulas & bona vina decet. Data tēpore prosunt, & data nō apto tēpore vina nocēt. Vina parant animos studiis, nisi plurima sumas, & stupeant multo corda sepulta mero.

Falernum. Bacchus. Chare puer madeāt generoso pocula Baccho & nobis pronā fūde falerna manu. Ludere formosum puero fundē e falernō. Cape Mæonii carchesia Bacchi. Et mihi dilue Baccho: Et multo in primis hilarās conuiuia Baccho. Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert, crura licet durā compede pulsa sonent. *Vua V. in fructus specie.*

VIRGO.

Inculpata, intemerata, verecunda, amabilis, casta, venusta, pudica. Virginei seruans signa pudoris. Quæ virginitatis amorem intemerata colit. Natiuum retinens inuiolata decus. Laudem castæ virginitatis habens. Purpureis æmula labra rosis. Cuius animum nulla Venus, nulli flexere Hymenæi. Illa velut crimē rædas exosa iugales. Pulchra verecundo suffundens ora rubore. Quæ sine crimine castos perpetuā seruat virginitate focos. Ibant insignes, vultuque hi-

que verēdo candida purpureum fusæ super
roborem, deiectæque genas tacitè: subit il-
supremus virginitatis amor, primæque mo-
is culpæ confundit vultus. Vt flos in septis
cus nascitur hortis igne⁹ us pecori, nullo
ulsus aratro, quem mulcent auræ, firmat
olucat imber? multi illum pueri, multæ
uere puellæ: sic virgo dum intacta manet,
chara suis, sed cum castum amisit polluto
ore florem, nec pueris iucunda manet, nec
a puellis.

Virginitas. Casta, sancta, candida, perspicua, solitaria, solinuba, innuba. Candida virginitas, simplex. Optima in aduersis semper innuba, semper virginitas. Laurus perpetuæ virginitatis honos. Signum illæsæ virginitatis habet. *Virginitas*

VIRTVS.

Ardea, viuida, ignea egregia, generosa clara, candida, strenua, præstans, candida, mascula, ueranda, excellens, laboriosa, pura. Nescia mortem cedere. Expers sepulchri. Quæ tendit ardua. Quæ parit inuidiam, viuens post fata. Nescit viuida fama mori. Externis incognita bonis. Notitiam posteritatis habens. Veritatis imago. Quæ sola perennis, effugit exequias tristia fata rogi. Virtus repulsæ nescia sordis intaminatis fulget honoribus. Virtusque serena fronte grauis. Virtus alma parēs. Semita certa tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ. Nequam stygias fertur ad vmbras inclyta virtus. Quite fortes, nec letheos fæna per amnes ire fata trahant, sed cum summas exiget horas ultima dies, ite ad superos gloria pādet. Virtutis fugere & sapientia prima stultitia caret. Vilius argentū est auro, virtutibus aurum. In vulnus nunquam virtus sed sæpe libido cecidit. Tū pudor incendit vires, & conscia virtus. Virtutis Viri, virtus animo multusque recursat gentis honos. Pauci quos æquus amauit Iuppiter

aut ardens euexit ad ætheta virtus. Et dubitas adhuc virtutem extendere factis? sed tamē extendere factis, hoc virtutis opus. Oppressās animas iuuenis quantū ipse feroci virtute exuperas, tantò me impensius æquū est consulere. Cui genus à proauis ingens, clarūque paternæ nomen virtutis, & ipse acerrimus armis. Possit quid vincida virtus experiare licet. Vnica post omnia virtus veneranda beatos efficit. Summus ille recti, summa inconcussaque virtus. At virtus grauis, æqua, sagax, innoxia, verax. Omnia virtus, imperiosa domat. Temperat excelsa humana pericula virtus. Nunquam non prouida virtus. Catmine fit vinax virtus, experta sepulchri. Immotaque cunctis casibus.

Virtutis descriptio.

Omnis in ascensu est crescens cū tempore virtus. Sola manere potest occasus nescia virtus, viam facit ad superos. Ipsa quidē virtus pretio sibi, solaq; late fortunę secura nitet, nec falsis vllis erigitur, plausuve petit claresceve vulgi opis externæ cupiens, nil indiga laudis, animosa suis immotaque cūctis casibus et mortalia despicit arte hanc tantæ inuitā vestigat & vltro blādit honor. Nunquā fugit secutur ad vmbras inclyta virtus: viuite fortes nec lethæos sæua per amnes vos fata trahent. Virtus repulsæ nescia sordidæ intaminatis fulget honoribus, nec sumit aut ponit secures arbitrio popularis aurę. Videt vt lautis cōdita virtus nō lethæos horreat amnes. Pulchrior virtus, cui latus hinc atq; hinc eat turba, fas deq; egregiæ stipant comites, sapientia vera, animi trāquilla quies, spes læta, voluptas non mœrori, turbātibus inuia curis. Mecum habita & laudes, & læto gloria vultu, & decus & nitor victoria cōcolor alis, me cūctus lauro perdu ad astra triumphus casta mihi domus, & ea stāt colle pontes ardua saxoso perducit fe claud aspera principio (nec enim mihi

est) prosequitur labor ad nitendũ intrare
ni, nec bona conscendunt, quæ fors infida de-
se, atque eadem rapuisse valet: mox celsus ab
infra te cernes hominum genas, omnia
re experienda manent quam spondet blan-
oluptas.

Virtutes morales.

Iustitia.
Temperantia.
Prudentia.
Constantia.

lma vtilibus tectum præponere suadet cõ-
sque sequi leges iniustaque nunquam lar-
ociis. Durum patientia corpus instruit, vt
copias cessisse labori. Temperies vt sis ca-
Prudentia ne quid inconsultus agas: Con-
futile ne quid infirmum vegeras.

VITIVM.

oforme, mortiferũ, infandum, turpe, profa-
, fœdum, detestandum. Patratæ crimina
, commissæ scelerata piacula culpæ. *V.*
am.

VITTA.

tta, crinalis, albens, niuea, tenuis, mollis,
ea, gemmata. Tempora cingens. Coer-
itos sine lege capillos. Omnibus his ni-
guntur tempora vitta. Este procul vittæ
Insigne pudoris. Cinxit purpureis fla-
tempora vittis. Gemmatis cinguntur tem-
vittis. Decidit ante sacros lanea vitta fo-

VIVERE.

cere, traducere, agere vitam. Consumere,
re tempora vitæ. Spatium decurrere vitæ.
explere annos. Vixi & quem dederat cur-
fortuna peregi. Viuo equidem, vitamque
per omnia duco. Carpere vitales auras
ta. Auras ducere, trahere. Aeuũ agitare,
ere. Afflictu vitam in tenebris luctuque
am, Quem si fata virum seruant, si ves-
aura ætheria, nec adhuc crudelibus occu-
bris. Vitali vesciet aura. Multosque per
multa virum voluens durando sæcula
Hanc olim veteres vitam coluere Rabiu.
cœlestibus auras vitales carpis. Abnegat

excisâ vitam producere Troiâ. Mesi cælicolæ voluissem ducere vitam. Iam pridē inuisus diuis & inutilis annos demoror. Cum vitam in syluis, inter deserta ferarum lustra domosque traho. Quid puer Ascanius superat ne & vesci tur aura, Quis scit an adiiciāt hodiernæ crastina summæ tempora dii superi? Discite, quam paruo liceat producere vitam. Pastorum & solis exegit montibus æuum. Quondam dum vita manebat. Nunc viuo, neque adhuc homines lucemque relinquo. Contra ego viuendo vic mea fata superstes. Ascaniusque suos felicis impleat annos. Vixerit ille senex quamuis, terna per orbem sæcula fertilibus, Titan, currerit horis. Penelope poterat bis denos per annos viuere. Qualem si cuncti vellent currere vitam. Protrahit ingratas impia vi moras. Multaque viuendo vitalia vincere cla. Quæ placidum ducunt æuum, vitamque renam. Et in curis consumit inanibus æuum. Da spatium vitæ, multos da Iupiter annos. tempora vitæ longa tibi post hæc fato melio dabuntur. Siue diem videat, siue tegatur mo. Qua ratione queas traducere leniter

Vita.

Misera, sollicita, fugiens, breuis, rapida, bilis, cæca, labens, fallax, mortalis, angu ambigua, occidua, cadens. Abiens ceu fumus auras. Tristibus anxia curis. Incerti spati æui. Series vitæ. Vitæ liberioris iter. Pigno vitæ. Nescia fallere vita. Illa recedentis vi pars vltima transit. Vita data est vtenda, d est sine fœnore nobis mutua, nec certo pers uenda die. Anguillæ similis vita est, sic lubri fertur, & quo sollicitè premitur magis, effu illa lubricitate sua citius, transitque prem tem. Heu vita incerta labori dedita perpe semperque heu certa, nec vnquam stat mo præuisa dies.

Vita humana.

Breuis & miſera, ſomnoque ſimillima. Vallis plena malorum. Plena malis & plena labore. Nil aliud niſi mortis imago. Fugiens ceu præpete penna. Puluis & vmbra breuis. Fugiens vt ventus & vmbras. Subitis quæ deficit horis. Varijs iactata procellis. Habens genus omne malorum. Multis fortunæ expoſita periclis.

Vita æterna.

Sine carens. Vbi ſine fine voluptas. Vita perēnis. Fati non reſecanda manu. Cæleſtis gaudia vitæ. Nullū vbi morborum genus eſt, vbi nulla fatigat cura animos. Ardua ęqli ſeāditefelices, ætheraſq; relinquite terras, hic vos vita manet ſua. ſæcula nulla mouebunt, quam nec triſtis hyems, nec noxia torqueat æſtas, anxia follicitum quam non opulentia reddet, & quam non pellat paupertas, pallida non mors obtuet, aut pœna vexabunt ſydere morbi.

Vitam corrigere.

Vitam emendare nocentem, Conuertere vitam, mores in melius. Delicti agnoſcere culpam. *V. Pœnitentia.*

Vitam ſibi ipſi eripere.

Sibimet conſciſcere mortem. Rigido ſua pectora fodere ferro. Sibi ipſi accerſere mortem. Sibi inuiſam abrumpere vitam. Nec mora cæſo fixit ſua pectora ferro, & cadit in patrios ſanguinolenta pedes.

Viuere.

Numerare longa tempora vitæ. Longæuæ vitæ tempora vitæ. Numerare Titania ſæcula. Neſtoris annoſi tria ſæcula vidit. Viuere tēpora longa Pilii ſenis, O quam tu cupias ter viuere Neſtoris ānos, & nihil ex illa perdere luce velis

Dum vixero.

Dum ſpiritus hos reget artus. Dum vita manebit. Donec in hoc fragili corpore ſanguis erit. Hac dum luce fruar. Quoad Parcæ abrumpant ſtamina vitæ, Dum mihi per calidos ibit ſanguis curret.

Vinus.

Qui vescitur aura ætheria. Ducens communes aëris haustus. Fruens vitalis luminis vsu. Qui trahit aëris haustus. Carpens vitales auras. Hauriens auræ vitalis amabile lumen.

VLCISCI.

Subit ira cadentem vlciſci patriam. Vlla virum, pœnas inimico à fratre recepti. Cæſoſque vlciſcere fratres. Nil tela, nec ignes obſterint, quin auſa luas, noſtriſque ſub armis captiuo moribundus humum diademate pulſet Cladeſque ſuas tam fortiter vltus inſequitur victos, & nos poſt prælia tanta Hiſpanâ tellure fugat, noſtroſque labores irritat. Sed inſa Deorum vltio perſequitur ſontes, ſtirpemque profanam verberat. Cunctiſque adeo legionibus vna mens erat, vlciſci iuſtos vel morte dolores.

VLCVS.

Putre, tetrum, ſordidum, dirum, tabificum, ſtillans, putrefactum, ſquallens. Corpus tabifico reſpergitur vlcere lepræ. Vlcera membrorum ſcabie putrefacta. Occultas metuet fraudes non vlcera dira.

VLTRO.

Sponte. Volen. Lib.ns.

At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos. Namque aliæ nullis hominũ cogentibus ipſæ ſponte ſua veniunt. Si me fata meis paterentur ducere vitam auſpiciis, & ſponte meâ cõponere curas. Ipſa canat, vocemque volens atque ore reſoluunt. Carpe manu, namque ipſe volens faciliſque ſequetur.

VLVA.

Viridis, paluſtris, limoſa, leuis, mollis, viridãs, fluminea, mollis. Informi limo glaucaq; exponit in vlua. Lenta ſalix vluæque leues. Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua.

VLVLARE.

Tremulis vlulatibus ætheria omplere. Vlula-

nfertur in auras. Vlulatus ſpargere in auras Vlulatus ore dare.

Vlulatus.

Tremulus, mœſtus, fœmineus flebilis, terribilis, inſanus. Tartareus, lugubris, clamoſus. Hûc mœſtus vaſtis vlulatus in antris. Impleuit ſtram querulis vlulatibus Idam. Argolicas vlatus flebilis aures impulit, Terribilemque gas vlulatum ſpargit in auras. *V. Fletus.*

VMBRA ET VMBRARE.

Cæca, nigra, gelida, frigida, horrida, horrens, nguis ſilēs, inanis, nocturna, tremula, ſopoera, viridis, refuga, nubifera, dēſa. Lentæ teæ vmbracula vites. Lucus in vrbe fuit mediâ ciſſim⁹ vmbrâ. Latè ramos & brachia tendēs, ec illuc media ipſa ingentē ſuſtinet vmbram ingēti ramorū protegat vmbra. Aut pacobus vmbrâ ſufficiunt. Palmaq; veſtibulum, ec iugēs oleaſter obumbret. Vbi mollis amaus illum floribus, & dulci aſpirans complemar vmbrâ. Tu Tityre lentus in vmbrâ. Tanter dēſas vmbroſa cacumina fagos. Nunc ā pecudes vmbras & frigora captant. Sparite humum foliis, inducite fontibus vmbras. boribus tecto diſcúbere iuſſerat antro Hûc git omnis lucus, & obſcuris claudūt conuolua vmbræ, Nemoriſque leui conſedit in mbrâ. Sylua coronat aquas cingens latus omſuiſque frondibus, vt velo phœbeos ſumouet ignes, frigora dant rami. Eſt nemus & ceis, & frondibus illicis atrū, vix illuc radiis lis adire licet. Sub denſis ramorum concinit mbris. Populos & longis ornabat frondibus lem, multaque cantantes vmbra tegebat auest Tu modo pāpineâ lætus ſpatiare ſub vmbrâ. rabet latas arbor ſpatiāt⁹ vmbras. Annoſa celſos tēdebat ad æthera ramos æſcurus. Auea pallebāt tepidos vmbracula ſoles. Aſſuetaque tecta grauamus frōdibus, & patulâ defenimus arbore ſoles. An ne fretum longâ velo-

rum obtexitur vmbra? frigida vix cælo noctis
decesserat vmbra. Cum Sol mediam cæli ferit
arduus arcem, tum pecori raræ præbent vm-
bracula syluæ.

VNCVS.

Tridens, rapidus, ferratus, tenax, ferus. Rostra
apta rapinis. Vnguibus hamus inest. Mox illa
in latebris vnco suspende tenaci. In qua fata-
lis sed ferus vncus erat.

VNGERE.

Membra perungere. Diffundere vnguentum
in artus. Oleo perfundere tempora succo. Tin-
gere olei recenti succo. Imbuere succis fra-
grantibus artus. Iamdudum Tyrio madefactus
tempora nardo. Nudatosque humeros oleo
perfusa nitescit.

Vnguentum.

Fragrans, crassum, pingue, vdum, Megarense,
Syrium. Vulnera siccans, Illius è nitido stillant
vnguenta capillo. Illius puro distillent tempo-
ra nardo. Non Arabo noster rore capillus oler.
Sæpe coronatis stillant vnguenta capillis. Et
medicos vnguenta dabit referentia flatus. Gem-
matis olim per totum balsama tectum effudere
cadis, duro quæ saucius vngue Niliacus pingui
desudat vulnere cortex.

VNGVIS.

Curuus, recuruus, rigens, nitidus, auidus,
aduncus, lunatus tenuis. Lacerans genas. Ora
secans. Auidosque timet quibus hæserat vn-
gues Hamatisque viri laniauerat vnguibus
ora. Et rigido sectas inuenit vngue genas. Et
secui madidas vngue rigente genas. Ora recur-
uo vngue secat. Ingemit & crudis vnguibus
ora secat.

VOLVERE, ET VOLVI.

Huc illuc voluens culos, totumque pererrat,
Italiam sequimur fugientem, & voluimur vndis.
Huc illuc vinclorũ immensa volumina versat
Inuoluere diem nimbi. Ille autem spissa iacuit

volutus arenâ. Manibus subuoluere saxa. Ingentia iugi, & grandia voluere saxa.

VOLVMEN.

Sinuosum glomeratum, curuatum. Saucius at serpens sinuosa volumina versat. Texunt alterno glomerata volumina cursu. Nodosa volumina soluent.

VOLVNTAS.

Officiosa, propensa, libera, prona, amica, honesta. Rationi adiūcta comes. Quæ regit impetu motus in corde vagantes. Tua si mihi certa voluntas. Si fert ita corde voluntas. Mens omnibus vna est Danaum fractæ vires, auersa deæ mens. Mens immota manet. Non vlli est animus stricto concurrere ferro. Sin alios fines, aliamque capessere gentem, est animus.

VOLVPTAS.

Dulcis, læta, suauis, blanda, alacris, venerea, amœna, infamis, prodiga, noxia, insatiabilis, ceca, ingeniosa, improba. Virtuti inimica voluptas. Curarum ignara. Scelerū mater implens præcordia. Eneruās vires. Breuis vna voluptas mille parit luctus. Trahit sua quēq; voluptas. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. In vulnus nunquam virtus, sed sæpe libido impellit, turpisque emitur vel morte voluptas. Oculis sordet vicina voluptas. Nec te iucundâ fronte fefellit luxuries prædulce malum, quæ dedita sēper corporis arbitriis hebetat caligine sensus, mēbraque Circeis effœminat acrius herbis, blanda quidē vultu, sed quâ non tetrior vlla interius, fucata genas, & amicta dolosis illecebris, toruos auro circumligat hydros, illa voluptatum multos innexuit hamis. Animum pulsat furibunda voluptas. Turpi emitur vel morte voluptas. Idem aspice latè florentes quondam luxus quas verterit vrbes, quippe nec ira Deum tantum, nec tela nec hostes, quantū sola noces animis illapsa voluptas, ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris circa te semper

volitans infamia pennis.

VOMERE.

Egerere dapes. Eructare cibos. Reiicere, eiicere cibos. Eiectantemque cruentas ore dapes & frusta mero glomerata vomentem. Non semel est stomacho nausea facta meo. Et missus spumis vomit ore cruorem. Saniem eructans ac frusta cruento per somnum commissa mero. Sanguinis ille globos pariter, cerebrūque merumque vulnere, & ore vomens. Aetneos efflantem faucibus ignes. Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) euomit. Reserato pectore diras egerere inde dapes, emersaque viscera. Resupinus arenas eiectat, flammamque fero vomit ore Typhœus auulsaque viscera montis egerit eructans, liquefactaque saxa sub auras cum gemitu glomerat.

Euomere.

VOVERE.

Onerare æthera votis. Votum facere. Dicare pia vota Deo. Vota vouere Deo. Se voto obligare. Votum immortale sacrare alicui. Quid prodest cælum votis implesse Neæra? Pro quo sollicitas cælestia numina votis. Munuscula diuis promittens, tacito suspendit vota libello.

Votum.

Pium, sacrum, irritum, vanum, caducum, temerarium, lustrale, supplex. Votiuæ preces. Non vana in vota vocare. Dominamque potentem supplicibus superat votis supplicibus. Votis præsentia tempora poscunt. Mille hominum species, & rerum discolor vsus. Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

VOX.

Picta, mellita, mentita, blanda, dulcis, suauis, resona, clarisona, canora, garrula, querula, suauiloqua, alta, plena, submissa. Sparta per auras, Edita in auras. Consona menti Mutādis ingeniosa senis. Liquidis loca vocibus implent. Totumque canora voce nemus loquitur. Dulcia dulcisona carmina voce cies. Aequore de me-

lo vox flatilis auribus instat. *V. Loqui.*

VRBS.

Magnifica, clara, magna, splendida, turrigera, pax, valida, turrita. Circumdata fossis amplas, & domibus decorata superbis. Coctilibus cta muris. Populosa viris. Templis religiosa is. Præcinctæ mœnibus vrbes. Adde tot egias vrbes, operumque laborem. Non claustegunt iam mœnia Teucros. Vbi nunc inentia cernes mœnia. O fortunati quorum iam nia surgunt.

Vrbem condere.

Littore curuo mœnia prima loco. Interea neas vrbem designat aratro sortiturque dos. Prima locare manu, molirique aggere tes. Ipse humili designat mœnia fossâ, molirque locum, primasq; in littore sedes, castrum in morem pinnis atque aggere cingit. Diuinr hic subito Troiana per oppida rumor, admisse diem, quo debita mœnia condat. Signa quuti delegere locum, & posuere in mõtibus rbem. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condit vrbem. Mihi mœnia Teucri constituent nec tamen ille vrbem Pataui sedesque locat Teuerorum, & genti nomen dedit. Miratuolem Aeneas magalia quondã, miratur portas, strepitumque, & strata viarum. Instant arentes Tyrii pars ducere muros molirique arcem, & manibus subuoluere saxa; pars aptare ocum recto, & concludere fulcro: qualis apes state nouâ per florea rura exercet sub sole laor, cum gentis adultos educunt fœtus, aut cum iquentia mella stipant, & dulci distendunt nectare cellas. O fortunati quorum iam mœnia gunt. Vrbem præclaram statui, mea mœnia idi. Non cœptæ assurgunt turres, non arma uentus exercet, portusve aut propugnacula llo tuta parant pendent opera interrupta, minæque murorum ingentes, æquataque machina cælo. *Vrbem obsidere. V. Euertere.*

Vrbem destruere. V. Obsidere.

VRBES QVAEDAM.

Alba. *Alba.* Iliaca. Troiana, Romana, Dardania lõga, vetus. Alba potens. Alba suis omine nata, Albaque ab Ascanio condita longa duce. Clari cognominis Alba. Vrbs Latio quam condidit acer Ascanius.

Argentina. *Argentina.* Alsatiis caput, & longé clarissima terris vrbs iacet, Argentoratũ prisci dixere coloni atque hodie latiũ tenet vrbs Argentea nomen. Vrbs præclara situ, Rheni contermina ripis. Alsatiæ caput, Argentina, vrbs libera sacri Romani imperii, qua templũ sydera lãbit turritum. Vrbs antiqua iacet (primi, coluere Traboces) Argentoratum, ripis contermina Rheni. Quam Brusca interluit. Illo commistus fluuio, inque duas longo æquore partes diffecat atque lacus rauco fluit agmine Rhenus.

Athenæ. *Athenæ.* Doctæ, illustres, veteres, celebres, Palladiæ, Cecropiæ, Claræ. Gloria Græcorũ, Altera Roma. Artium inuentrix Poëtarũ alumna. Hic vbi disiectæ fruſtra quæruntur Athenæ, quæruntur Graii, mens, manus, arma soli. Dictas à Pallade terras. Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas Pallados & Cecropiæ quondam certaminis arcem, pacifera primum cui contigit arbor oliuæ. Attica facundæ cuius meta gloria linguæ, vnde per Ioniæ populos & nomen Aehæuum versaque Graia manus centum se fudit in vrbes.

Aurelia. *Aurelia.* Celebris, clara, superba, insignis. Non potuit magni caput esse Aurelia Regni, ergo quod reliquum est corde animusque fuit: dat Bellona manum, facundam curia linguam. Arx potuit nullis vlla latere modis, tam come ingenium tanta est prudentia rerum, hæc quod non nouit Gallia muta filet, ipse pater chorea agitãs in vertice Nysæ olim, aut hinc, aut huc, munera lætatuli? nil humile, aut vulgare sonat, magna omni, magni quin animũ vulgus pri-

ipsi ipse gerit, quæ tibi non cessit, toti nō cessit orbi, cedere non debes tu nisi sola tibi.

Babylon. Fructifera impia potens, celsa, superba, Semiramia, rebellis, truculenta, spurca fœtu. Cuius corruit omne decus. Impia stuporū spurcitiæque parens. Quondā gemmis insignis & auro. Quæ turrim superas edux in auras. Fastuque olim clara superbo. Habitata quondā populo feroci. Fragili circumdata testa, mœnia mirantur refugi. Babilonia Parthi, cōdidit has olim generosa Semiramis arces, primaque cōsilibus posuit fūdamina muris, culmina mirant, cælum, miratur & altus. Euphrates medio congestas flumine moles, ac refluo fistens declines agmine cursus, suscipit Assyri palatia celsa tyranni splēdida regali collucēt atria sumptu. Cōsurgere ad astra gemmeis Babylō rotis fastigata laureis centum caput, consurge ad astra, tota cōpages poli soluta sede quærit amplexus nos, vide quot vrbes aureo curru trahis; vide quot orbis te formidabant plagæ: ô diua Babylon lucidum decus mundi, tu sola terris æthere speciem refers, iactet se in aula quisquis est alto Deus, pictisque frænis flectat astrorum globos, mihi sola Babylon, mundus est & est ideo hanc excitaui regia eductam manus, hanc replicatis mœnibus cinxi potens, hanc eminentem nomine atque opibus dedi, hanc vrbem in vnam quidquid est orbis tuli. *Babylon.*

Burdigala. Clara, nobilis, splendida, Insigni Baccho fluuiisque, virisque, moribus, ingeniisque hominum, procerumque senatu Burdigalæ est natale solum, clementia cæli mitis vbi & tiguæ larga indulgentia terræ, ver longum, bruma æque breues, iuga frondea subsunt, seruent æquoreos imitata fluenta meatus, quadrua murorum species, sic turribus altis ardua, vt aërias intrent fastigia nubes: quid memorem Pario contectum marmore fontē Euripi feruere fretis, quando vndæ profundi quantus in amne tua- *Burdigalæ.*

mor? quanto ruit agmine præceps margine contenti bissona per ostia cursus? Quam tumidus refluo fonte Garumna premit.

Carthago. *Carthago.* Libyca, magna, alta, perfida, antiqua, superba, Byrtica Sidonia. Vrbs magnæ quæ dicitur æmula Romæ. Elisææ Byrsica tecta domus. Vrbs sedet. Hispano posuit quam lictore primus Hasdrubal & magnæ nomen Carthaginis illi imposuit, cuius partẽ validissima cingũt mœnia, parsq; maris rapido defẽditur æstu. Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni. Carthago. Italiã contra Tyberinaque longè ostia, diues opũ, studiisque asperrima belli, quam Iuno fertur terris magis omnibus vnã post habita coluisse Samo, hic illius arma, hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque, &c.

Colonia. *Colonia.* Maxima cognati regina Colonia Rheni, hoc te etiam titulo musa superba canit. Romani statuunt, habitat Germania, terra est Belgica, ter felix, nil tibi diua deest. Nobilis occurrit serpente Colonia Rheno, conueniens vrbi nomen Agrippa dedit. Agrippa vagi Regina Colonia Rheni, nobilis, & prisca tota referta diis.

Constantinopolis. *Constantinopolis.* Illa, illa est magni de nomine Constantini dicto opibus regũ pulchrè exornata, potenti imperio, famâq; ingens, magnæ æmula Romæ. Quamque prius dixere Ligon, hanc deinde Lacones mutato veteri nomine ab ipso Byzãtis populis ducis huius, hui' & vrbis, restaurata totis, Byzãtion appellarũt. Europæ imposita hac, Asiæq; obiecta potenti, limes vtriq; olim, nunc vtriusque caput, translata imperio pariter fortuna recessit, creuit & auspiciis maxima facta nouis, auxit qui rapit sed nunc ceruicibus orbis imminet ipsa etiam Roma superba tremit, non vetus illa, nouo meretrix sed perdita luxu, quæ nullũ crimen nolle pudere putat, surge ferox, qua te, cæde, tua est

victoria, tantum misce armis leges, accipe dague iugum.

Florentia. Martia, potens armis. Parua fluentisonis aggresta fluentia ripis, mollia de nitido gemina flore capit. Fæsula regnabat, verum meliora sequutus, Martius antiquas detulit amnis opes, diuitias hera, Mercurius discrimina linguæ, Mercurius varias ire redire vias, ambitiosa ferox bellica flammea, Mauors, pectora: magnificam docta mouere manu Iuppiter ostendit cœlestes mentibus aulas, Sirenum tribuit dulcis Apollo sonum, vera vetus Romæ soboles, aliena requiris, mutua quæ proprias vertis ad arma manus. *Florentia.*

Frãcofordia. Splendida, clara. Diues opum. Clara viris opibusq; potens. Vrbs à Francorũ nomen adepta vado. Cuius & Hectorei posuerũt mœnia Frãci. Quæ à Francis clarũ nomen adepta tenet. Cuius sũma gerũt tales fastigia *furtum.* turres, quales magnorũ prisca theatra ducũ. Multa laboratis debet Frãcofordia sulcis, mul- *Heleno-polis.* ta racemiferis vinea culta iugis. Quid referã quãta & quæ cõuexere metalla, quæ Mars bellipotens quæ petit alma Ceres, huc Italus patriis miratur partibus orbẽ aductũ huc stupuit Gallia magna suũ, hic oriens, hic terra nouis cõperta sub astris agnoscit Genij semina plena sui nec tam ẽ imbutis sola hæc commercia rebus, hic animi æternæ sed cumulantur opes, quod si res paucas operosa est dicere merces, non magis est cunctas res operosa dare. *Franco-fordia.* Syn. *Franco-furtum.*

Lugdunum. Nobile, diues. Ciuitas insignis, repletum populis geminoque flumine. Flumine Rhodanus quã se fugat incitus vndis quam pigro dubitat flumine mitis Arar. Lugdunum iacet antiquo nouus orbis in orbe, Lugdunum vetus orbis in orbe nouo, quod nolis alibi quæras hic quære quod optas, aut, hic, aut nusquam vincere fata potes. *Lugdu-num.*

Lutetia. Longe celebertima at illa est vrbibus *Parisii.* *Lutetia.*

Europæ populosa Lutetia certans circuitu magno latè complexa rotundo orbe suo plani quàplurima iugera campi. Francigenæ princeps populosa Lutetia gentis exerit immensum clara sub astra caput, hic ciues numerum, ars pretium, sapientia finem exuperant, superant thera preceſque deos, audit, obstupuitque hospes, fessusque viator vidit, & haud oculis credidit ipse suis.

Mantua. *Mantua.* Nobilis, Clara, &c. Clara viris, felix ducibus, diuo inclyta cygno, quam vitreis aluit Mincius amnis aquis, Mantua dives auis, magno non cesserit orbi, tota tamen parte hac vincitur ipsa sui.

Massilia. *Massilia.* Celebris, clara, inclyta. Optima vina ferens. Gurgite ab alto tellurem procul irrumpentem in sydera cernunt, aëriosque Alpes, occurrunt mœnia Graio condita Massilia, populis accincta superbis, barbarus inani qua territat accola ritu, antiquæ morem patriæ, cultusque habitumq; Phucais armisonas inter tenet hospita gentes, hinc legit Ausonius sinuatos gurgite ductor anfractus pelagi, nemoroso vertice celsus apparet collis, fugiuntque in nubila syluæ Pyrenes, nunc emporium veteresque per orbis Graiorum vulgus, tunc hospita Barraca Baccho, confidunt portu, & secura gurgite cluso stant puppes, positusque labor, terrorque profundi.

Mediolanum. *Mediolanum.* Inclytum, celebre Vrbs ampla, vetusta Mediolani mira omnia: copia rerum, innumeræ cultæque domus, facunda virorum ingenia, antiqui mores, tum duplice muro amplificata loci species, populique voluptas circus, & inclusi moles cuneata theatri, templa Palatinæque arces opulensque moneta & regio Herculei celebris sub honore lauacri, cunctaque marmoreis ornata peristyle signis.

Metis. *Metis.* Romani quondam speciosa columina imperij. Mediomatricum pulcher ocellus. Au-

Trasiæque caput Metis, quam Metius olim cō-
didit. Quæ alio quoque nomine fertur Diuo
2. 2. Littora nota petens.
2. 2. Fit sonitus spumante salo, circumsonat æ. 8.
armis
2. 3. Italiam Italiam:

æ. 4. Ire iterum in lacrymas, dulcesque relinquere terras. æ. 4.
æ. 3. Ecce iterum stimulat.
æ. 12. Ense sequens, campis omnis diffugit arator, æ. 10.
Omnis & agricola,
æ. 10. Spargitur & tellus lachrymis; crudelis vbique æ. 8.
Luctus, vbique pauor,
G. 1. Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,
æ. 1. Gens inimica mihi,
Roma direpta à Germanis An. 1527. G. 3. Gens effrena virum, rot iam labentibus annis, æ. 1.
æ. 3. (Eloquar? an sileam?)
æ. 2. Corripuere sacrã effigiem, manibusque cruentis:
æ. 9. Diripuere focos,
æ. 6. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti
æ. 2. Aedibus in mediis.
Hæresis Lutheranæ. æ. 2. Hinc mihi prima mali labes, ignara æ. 1. duorum,
æ. 8. Vana superstitio:
æ. 8. Quid memorem infandas cædes? quid æ. 1. monstra furorum
æ. 9. Nota nimis miseris?
æ. 12. Sanguine adhuc nostro recalent Tiberina fluenta,
æ. 12. Sanguine terra madet.
æ. 12. Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum æ. 7.
Ec. 4. Caro Dei soboles:
æ. 6. Eripe me his inuicte malis, satis vna superque æ. 1.
Vidimus excidia,
æ. 7. Curã tibi diuum effigies & tẽpla tueri
æ. 1. Mœnibus in patriis,
æ. 7. Tutari Italiam, detrudere finibus hostem.

Palladis auxilijs.
Adspice, qui coëant in me excidiumq; meorum
Indomiti agricolæ,
Extremique hominis Morine, Rhenusque bicornis
Agmina in arma vocat:
Impius hæc tam culta noualia miles habebit
Barbarus has segetes?
Perduxit miseros en quo discordia cives
Fertilis Ausoniæ?
Per medias urbes agitur, populosque Latinos,
Pallida Tisiphone.
Exurgitque facem attollens, atque intonat ore
Seditione potens.
At tu magne Pater, foliis ornatus Olivæ.
Vtere sorte tua.
Arma inter regum coëant in fœdera dextræ
Litus ad Ausonium:
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes
Nos tua progenies:
Matres atque viri, pueri, innuptæq; puellæ.
Religione sacræ.
Attonitis hęsere animis, in te ora Latini
In te oculos referunt:
Ergo age care Pater propius res aspice nostras,
Parce pio generi,
Sic fatur lacrymans, & fœmineo vlulatu
Decidit exanimis.

Ec. 2.
Ec. 1.
Ec. 10.
G. 3.
Æ. 11.
Iulij 3.
P. M.
G. 4.
Æ. 12.
Æ. 1.
Æ. 4.

æ. 6. Ille autem, quæ tanta animis ingenia æ. 11
venit.

æ. 7. O meæ progenies!

æ. 1. Parce metu; placidi straverunt æquore æ. 3
ventι

æ. 6. Monte sub aëreo.

æ. 4. Quin etiam muros optatæ molior urbi æ. 5.

æ. 1. Victus amore tui.

æ. 8. Neu belli terrere minis, absiste moueri. æ. 6.

æ. 1. Omnia tuta vides.

æ. 11. Hos inter motus (non hæc sine numine æ. 2.
diuum)

æ. 6. Te quoque magna manent,

æ. 1. Per varios casus, per tot discrimina
rerum.

æ. 2. Intemerata Fides.

æ. 6. Læta Deæ partu super & Garamantas æ. 6.
& Indos

Profert imperium,

æ. 4. Ne dubita, medias acies mediosque æ. 7.
per ignes.

æ. 10. Sternere cæde viros.

æ. 9. Auxilium solitum demittet ab æthere æ. 12.
summo.

æ. 10. Omnipotens Genitor.

DE BOMBARDA.

CENTO.

VVLFI CAPILVPI.

1. Quo molem hanc musæ quis nobis extulit ar- G. 4.
tem?
10. Vnde noua ingressus hominū experientia cæ- æ. 3.
pit
10. Sternere cæde vires, & mania cingere & vr- æ. 2.
bes,
4. Tantorum impensis operum: quæ machina æ. 6.
belli?
6. Monstrum horrendum ingens, flāmisque ar- G. 4.
mata chimæra;
8. Triste malum, quo non aliud velocius vllum G. 4.
4. Tormenti genus & memoranda inuenta magi- G. 3.
stri
1. Germani, in lucem stygiis emissa tenebris; æ. 1.
5. Quæ regio in terris quæ ve hanc tam barbara æ. 11.
mortem
4. Attulit ipsa viris? (idtribus defuit vnum) æ. 1.
4. Feruet opus, sæuitque animis ignobile vulgus, æ. 11.
11. Illā fretus agit florentes ære catervas: æ. 5.
5. In medios acies audet se credere pugnæ, æ. 9.
10. Ardet adire virum & cæco contendere Marte æ. 2.
3. Ille quidem, dolus an virtus quis in hoste re- æ. 9.
quirat?
3. Quid labor aut bene facta iuuant? quid for- æ. 12.
tibus ausis
6. Profuit in duri certamina Martis euntes æ. 11.
4. Illustres animas tentare pericula belli?

Æ. 4. Illa dolum diramque nefas, tristisque ruinas Æ.
Æ. 4. Ergo vbi concepit furias, mortemque minatur Æ.
Æ. 1. Ex templo, præssa est insignis gloria facti Æ.
Æ. 6. Huius in aduentu: dat fortia corpora lethe Æ.
G. 4. Magnanimum heroûm, nullo discrimine cædem Æ.
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas:
G 4. Hæc omnis morbi causa, hinc exercuit iras. G.
Æ. 10. Efferę vis animi, & scelerata insania belli Æ.
Ec. 5. Hac petit excidiis vrbem miserosque penates G.
Æ. 12. Sanguineus Mauors, mediisque in millibus ardet:
Æ. 6. Quis tam crudeles mortalibus esse labores Æ.
Æ. 8. Sustulit? ac tales optauit sumere pœnas? Æ.
Æ. 3. Tristius haud vllis monstrum, vult omnia lethè,
Æ. 6. Pestiferas aperit fauces, operaque omnia rumpit: Æ.
G. 3. Continuoque auidis vbi subdita flamma medullis
Æ. 1. Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite vires, Æ.
Æ. 6. Spiritus intus alit, totosque infusa per artus
Æ. 8. Ignea rima micans, aditumque per auia quæsit, Æ.
Æ. 12. Fluctuat ira intus, partes rimatur apertas ter Æ.
Æ. 5. Nec mora continuò vastis cum viribus exit Æ.
Æ. 12. Stridens & celeres incognita transiit auras, Æ.
G. 3. Stare loco nescit: sonitus procul ære canoro Æ.
Æ. 12. Terrificos ciet, & circum loca sulfure fumant, Æ.
Æ. 10. Et tremefacta sola tellus, fatusque profundi G.
Æ. 9. Dant sonitum, & vocē late nemora alta remittunt, Æ.
G. 1. (Infandum) sistunt amnes terræque dehiscunt,
Æ. 4. Horrendum dictu mugali concita numquam Æ.
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmina tantum
G. 3. Porta tonat cęli, cuncti se scire fatentur, Æ.
Æ. 1. Ipsa Iouis rapidum iaculata, è faucibus ignem Æ.
Æ. 5. Nulli visa cito decurrit tramite recto, Æ.
Æ. 9. Fulminis acta modo, totoque ardentis ab ore Æ.
Æ. 9. Saxea pila cadit, volat atri turbinis instar Æ.
G. 3. Aëra per vacuum, montes & flumina trahat G.
Æ. 9. Ardua sic illam fert impetus ipsa volantem: Æ.

G. 3. Castella in tumulis ad terram pondere vasto Æ. 5.
Æ. 9. Coniicit, egregiasque vrbes, operumque labores Æ. 9.
G. 2. Antiquasque domos castris effundit apertis. G. 2.
Æ. 2. Fundamẽta quatit, densos prorumpit in hostes, Æ. 2.
G. 1. Tam multa scelerũ facies? quæ causa subegit Æ. 8.
Ignotas tentare artes? labor omnia vincit G. 1.
Æ. 3. Immanis, quid non mortalia pectora cogis Æ. 3.
Auri sacra fames? cædisque insana cupido? Æ. 9.
Æ. 4. Quis nouus hic nostris successit sedibus auctor G. 1.
Æ. 10. Causa mali tanti? Stygiis sese extulit vndis Æ. 3.
Æ. 7. Credo equidẽ, nec vana fides, pro talibus ausis Æ. 2.
Æ. 6. Tum Pater omnipotens verũ cui sũma potestas
Ipse repertorem Stygias detrusit ad vndas, Æ. 7.
Æ. 11. Et tristes sine sole domos: abolere nefandi Æ. 4.
Ec. 6. Cuncta viri monumenta iubet, nomenque genusque. Æ. 10.
G. 4. O fortunatæ gentes Saturnia regna
Æ. 12. Magnanimi Heroës nati melioribus annis
G. 1. O fortunati, quorum sub legibus æuum G. 4.
Æ. 2. At non tam turpes meditãdo extunderat artes, G. 1.
Æ. 12. Pulueris vt venis abstrusum excudere ignem, G. 1.
Æ. 12. Exitium dirumque metum mortalibus ægris: Æ. 12.
G. 1. Ante Iouem nulli causas tentare latentes Æ. 3.
Æ. 2. Aut terebrare cæsus veteri sub imagine formas Æ. 6.
Æ. 12. Ferro ausi, quę tanta animis dementia cæpit? Æ. 5.
Æ. 5. Quod genus hoc hominum? procul, hinc procul este profani, Æ. 6.
Æ. 11. Artificis scelus insidias suspectaque dona Æ. 2.
Æ. 2. Attractare nefas, satis est potuisse videri, Ec. 6.
Æ. 6. Triste ministerium, memorãda inuenta Magistri G. 4.
Æ. 3. Sed fugite ô miseri, vastoque immergite ponto Æ. 3.
Æ. 4. Monstrum horrendum ingens, donum exitiale Æ. 2.
Minervæ.

IN OBITVM EIVSDEM CARDINALIS CENTO V. EX TIBVLLO.

NVNC & amara dies, & noctis amarior vmbra est,
Heu miserum frangit fortia corda dolor:
Quid queror infelix, felix quicumque dolore
Alterius discet posse carere tuo,
Hunc cecinere diem Parcæ tristesque sorores
Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt:
Quidve domus prodest Phrigiis innixa columnis:
Tinctaque sydonio murice lana iuuat?
Quid mihi nunc profit lacrymas fudisse tepentes?
Sed prodest sanctis thura dedisse focis:
Vranturque pia thura focis, quantus odores,
Quisquis ades lingua vir mulierque fave:
Hoc solenne sacrum multos celebretur in annos,
Dum cælum stellas, dum vehit amnis aquas:
Vt tristem mortis demonstret littera causam,
Fac lapis inscriptis sit super ossa notis,
Hic iacet immiti consumptus morte Sacerdos,
Insignis claræ conspicuusque domo,
Sit lacrymas fudisse satis, quater ille beatus:
Cui decorant sanctas florea serta comas.

EPITAPHIA.

EPITAPHIVM, vt illud, definit Iacobus ontanus libro poëticarum institutionum ter-

Est metricum quoddam Epigramma quod videlicet scribi possit defunctorum sepulchro, illorum ple- raque nomen, ætatem, merita, statum, dignitates, des tum animi tum corporis, mortis genus, alia buiusmodi grauiter & sæpius cum quadam miseratione ac interdum ingentis doloris significa- breuiter indicans.

em Pontanus in multa genera diuidit, ego in o, in seria & iocosa. Seriis vt par est priorem- cum dabo.

GAMEMNONIS EPITAPHIVM Ex Ausonio.

x Regum Atrides fraternæ coniugis vltor,
Oppetij manibus coniugis ipse meæ
uid prodest Helenes raptum puniisse dolentem,
Vindicem adulterij cum Clytemne strx rocet?

NESTORIS EX EODEM.

c tegor in tumulo, quanti tam prodigus eui- Nestor, consilio clarus, & eloquio.

Obiecit sese cuius pro morte peremptus
Filius & nati vulnere viuo pater.
Ebeu cur fatis disponere sic placet æuum
Tam longum vt nobis: tam breue vt Antilocho?

ASTYANACTIS EX EODEM.

Flos Asiæ, tantaque vnus de gente superstes,
Parvulus Argiuis sed iam de parte timendus
Hic iaceo, Astyanax, scæis deiectus ab altis
Proh dolor! Iliaci Neptunia mœnia, muri
Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

EX SEPVLCHRO LATINÆ VIÆ.

Non nomen, non quo genitus, non vnde, quid egi.
Mutus in æternum sum, cinis, ossa, nihil.
Non sum nec fueram, genitus tamen è nihilo sum
Mitte nec exprobres singula talis eris.

EPITAPHIVM POMPEIORVM.

Aut Asia, aut Europa tegit, aut Africa magnum
Quanta domus toto quæ iacet orbe, ruit.

TVMVLVS FLORIDI.

Quod vixi flos est: seruat lapis hoc mihi nomen
Nolo Deos Manes flos satis est titulo.

ANONYMI.

Risi ploro : fui, non sum : studui, requieſco :
Lusi non ludo : cecini nunc metuo : paui
Corpus, alo vermes : vigilaui dormio : dixi
Salue, dico vale : rapui rapior : superaui
Vincor : certaui, pace vtor : iure ego vixi,
Iure igitur morior : non obsto : obstare nequirem.
Terra fui quondam, rursus sum terra, nihil sum
Terra caduca vade, vermes saluete recumbo.

POMPEII EX MARIO MOLSA.

Dux Pharia quamuis iaceas inhumatus arena
Non ideo fati est sæuior ira tui.
Indignum fuerat tellus tibi victa sepulchrum:
Non decuit cælo te nisi, Magne, tegi.

ROMÆ VETERIS TVMVLVS.

Ex Ioachimo Bellaio.

Montibus è septem totum diffusa per orbem,
Sydera sublimi vertice Roma tuli
Sub pedibus terras vtroque à littore preßi:
Atlantidem tenuit dextra, sinistra Scytam,
Iupiter hos etiam disiecit fulmine montes,
Et tumulos iussit corporis esse mei.
Incubuit capiti rupes Tarpeia nostro:
Pressa quirinali pectora nostra iacent
Cura palatinus, geminos hinc inde lacertos
Collis auentinus, vimineusque tenent,

Exquiliæ surgunt, & surgit Cælius illinc,
Hæc quoque sunt pedibus facta sepulchra meis.
Sic quæ viua sibi septem circundedit artes,
Mortua nunc septem contegitur tumulis.

ITEM EX ANDREA FRVSIO SOCIETATIS IESV.

Eiusdem Epitaphium.

Languentem gressum paulisper siste, viator,
Et lege marmoreis carmina sculpta notis.
ROMA fui quondam toto celeberrima mundo
Marte, situ, ingenio, nobilitate potens.
Quippe triumphalis frænaui legibus orbem,
Paruit imperio terra fretumque meo.
Impositæ septem micuerunt collibus arces
Totque arcus, thermæ, templa, theatra, uiæ.
Prorsus eram fœlix, si non peritura fuissem;
Et nisi tam multas sors rapuisset opes.
Roma ego iam non sum, periij propriisque ruinis
Obruta sum, gremio condor & ipsa meo
Reliquias quascumque vides, quæ diruta cernis
Mœnia splendoris sunt monumenta mei.
Frustra igitur ROMAM ROMÆ *tu quæris, abito*
Iam potes huic ROMÆ ROMA *sepulta iacet.*
Interea temere perituras ne strue moles,
Cautior exemplo cum potes esse meo.
Carpe viam, volui scires hæc pauca, memento
Vt meminisse mei, sic meminisse tui.

ITEM

IANI VITALIS PANORMITANI.

Qui ROMAM *in media quæris nouus aduena* ROMA
Et ROMÆ, *in* ROMA *nil reperis media,*

spice murorum moles, præruptaque saxa,
ruptaque horrenti vasta theatra situ.
ec sunt ROMA viden vel vt ipsa cadauera tantæ
rbis adhuc spirent imperiosa minas?
cit, vt hæc mundum, victa est se vincere: vicit
d se non victum ne quid in orbe foret:
c victa in ROMA victrix, ROMA illa sepulta est.
atque eadem victrix, victaque ROMA fuit.
bula Romani restat nunc nominis index
Quæque etiam rapidis fertur in æquor aquis.
sce hinc quid possit fortuna immota labascunt:
quæ perpetuo sunt agitata, manent.

EPITAPHIA LVDICRA.

HILOMELÆ EX HIERONYMO AMALTHEO.

ierat dictis querulis concentibus aures,
Garrula trans lethen dum veheretur auis.
mueratque illi caprus dulcedine vocis.
Lucus illicitam posse redire viam.
iam vitales iterum rediisset in oras.
Remigium alarum ni lapis opprimeret.

LVMVLVS AVGONIS CANIS. Ex Andrea Naugerio.

uator celerem mœrens Augona Melampum
confossum rapido dente ferocis Apri,
c illi in ripâ tumulum frondente sub vmbrâ
Eripit: hoc ipso concidit ille loco
a impune quidem prædo sceleratus abiuit:
Procubuit iaculis cæsus, & vre canum.

Tu tamen è cunctis canibus præstantior Augem
Fiden Augen, syluis qui modo terror eras:
Tu dilecte iaces, sed ab alta hæc fascia pinu
Millusque, & millo vincula iuncta suo:
Quin decisa feri ceruix tibi pendeat hostis:
Sinque vna ex animo signa dolentis heri.

TVMVLVS HYLACIS CANIS

Ex eodem.

Ante canes omnes pastori carus Amyntæ
Nuper ab Illirica littore missus Hilax,
Dum solitas agit excubias, & sceptra tuetur
Nec vigilant socij cætera turba canes:
Qua rapidus sese media inter saxa Timauus
Mergit; & inde iterum prosilit amne nouo
Ille quidem sæua titulos tutatus ab vrsa est:
Ipse sed ingenti vulnere casus obit.
Constituit viridi tumulum de cespite Amyntas:
Hæc voluit ratam præmia habere fidem.
Mœsta gemunt armenta: mali, furesque, lupique
Extincto hoc sibi iam cuncta licere putant.

IN OBITVM BORGETTI CATVLI

Ex eodem.

Borgettus lepidus catellus ille
Cuius blanditias proteruiores
Et lusus herus ipse tantum amabat
Quantum tale aliquid potest amari.
Nec mirum, dominum suum ipse norat,
Caram bima velut puella matrem,
Et nunc illius in sinu latebat,

Nunc blande assiliebat huc & illuc
Ludens, atque nuido appetebat ore,
Erectis modo cruribus, hipesque
Mensæ astabat heriti: heroque ab ipso
Latratu tenero cibum petebat
Nunc raptus rapido, maloque facto
Ad manes abiit tenebricosos.
Miselle, ô canis, ô miser catelle
Nigras parvulus vt timebis vmbras
Vt sæpe & dominum tuum requires.
Cui pro deliciis loci sque longum
Heu! desiderium tui relinquis.

NEVTÆ ET RVSTICI TVMVLVS.

Naufragus hac situs est, iacet illâ rusticus vrnâ,
Ad styga, sine salo, par via, sive solo.

LAVRENTII VALLÆ TVMVLVS.

Tandem Valla iacet, solitus qui parcere nulli est
Si quæris quid agat, nunc quoque mordet humum.

HOMINIS MEDICI TVMVLVS.

Nulla mihi viuo domus, at nunc certa sepulto est
Vitaque paupertas, mors mihi diuitiæ.
Vita mihi exilium, requies ac certa sepulchrum:
Nudus eram viuus, mortuus ipse tegor.

ANONYMI.

Quem niue nocte peto, nucis hic me stipite lædit
Sic mihi nix, nox, nux, nex fuit ante diem.

ARETINI.

Condit Aretino cineres lapis iste sepultos,
Mortales atro qui sale perfricuit
Intactus Deus est illi causamque rogatus,
Hæc dedit: ille inquit, non mihi notus erat.

VIRI CVIVSDAM PINGVISSIMI.

Amplissimus vir hic iacet.

VIGILII CVIVSDAM.

Vigilius hic recubat decorat quem gemma pelasgum:
Quo dempto, inuenies vilius esse nihil.

GRAMMATICI.

Grammaticem solui, multos docuique per annos:
Declinare tamen non potui tumulum.

IOANNIS FOSSÆ.

Hæc sunt in fossa fossæ mirabilis ossa
Qui sibi condendo versus cote comminuit brum.

EBRII AQVIS SVBMERSI.

Hic iacet heu lurcorum gloria, luxque nepotum
Dux vixit purum semper potauit Iacchum
Fallor. Si vaquam lymphis lauisset Iacchum,
Viueret, at miserum vino mista vnda peremit.

OMINIS CVM NAVE COMBVSTI in Mari.

felix mediis Caphareus exarsit in vndis
nostram hen! coeunt ignis & vnda necem.

ALIVD.

ec Capharei cineres feralis continet vrna
Credulis mirum! cui dedit vnda rogum.

MOLITORIS.

rum farinæ eludit hic cippus bonæ,
quippe semper aliis surripuit optimam,
um vir farinæ molitor hic fuit bonæ?

EPIGRAMMATA.

EPIGRAMMA quid sit, quasque vim tes habeat breuiter ex Matthæi Ra Societatis Iesu commentariis, & Ia Pontani è Societate Iesu institutionib Poëticis.

EPIGRAMMA, si ad vim vocabuli a tendas nihil est aliud quam inscriptio.

At vero vti nunc accipitur, est poëm breue, cum simplici cuiuspiam rei, v petsonæ, vel facti indicatione aut ex positis aliquid deducens.

Aliud est simplex, aliud compositum.

Simplex, in quo res aliqua, pers na, seu factum exprimitur, nulla inest comparatio, vt cognosces ex i exemplo videre potes.

Mantua me genuit: Calabri, rapuere, tenuit
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Composita, cum ex proposit aliud deducitur, idque vel maius v minus, vel par, vel diuersum, contr rium ve. Maius deducitur à Marti primo epigrammate quo amphithe trum Titi septem orbis miraculis ante tulit.

Barbara, Pyramidum, &c.

inus, vt idem Martialis lib. 9. Epigr. ad Gallicum.

ia sunt illi lib. 8. Epigrammate 35.

Cum sitis similes, pareſque vitâ
Vxor peſſima, peſſimus maritus
Miror non bene conuenire vobis:

e diuersum colligitur.

Pars maxillarum tonsa est tibi, rasa est
Pars vulsa est: vnum quis putet esse caput

ima sunt quæ contrarium inferunt.

Difficilis facilis, iucundus acerbus & idem
Nec possum tecum viuere, nec sine te,

Aspernere, fugio, fugies insequor hæc mihi mens est
Nolle tuum nolo Dindime, nolle volo.

Cætera omitto de quibus vide institutiones Poëticas Pontani, genus carminis rum, sed ita, vt duo triaue genera pomum vsurpentur: elegiacum, phacum, iambicum.

Virtutes epigrammatis tres numerátur cipuè. Breuitas, venustas, argutia. uarum vltima principatum obtinet.

Quod ad breuitatem pertinet, launtur maxime quæ duobus claudunersibus. Quamquam & sunt optia multa tristica, tetristica pentastica, ptastica, eptastica, enneastica, decastiquæ passim occurrunt apud Martiam Catullum & in Anthologia græcoum imo & Catullus & Martialis trigesimum versum excedunt.

De breuitate & longitudine epigrammatis sic Martialis libro 2. Epig. 77.

COSCONI qui longa putas Epigrammata nostra
Vtilis vngendis axibus esse potest.
Ac tu credideris longum ratione colossum
Et puerum bruti dixeris esse bremen
Disce quod ignoras: Marsi doctique Pedonis
Saepe duplex vnum pagina tractat opus.
Non sunt longa quibus nihil est quod demere possis
Sed tu Cosconi disticha longa facis.

Argutiæ tota vis plerumque est in extremo versu aut disticho velut in teli mucrone, (*vnde & dicitur acumen epigrammatis*) id quod patet ex iis quæ subiiciemus.

Venustas quæ suauitatem continet epigrammate tunc cernitur cum ... tundum, amœnisque; & gratis verbis compositum non distortum numerum non hiulcum, sed quod orbem sententiæ feliciter absoluit, quodq; duplex sensum & comparationes gratas continet facilius hæc omnia perspicientur exemplis.

EX ANTHOLOGIA.

In semiaridum qui petierat ab Adriano rege victum.

Tentatur pars vna fame pars mortua nostri est
Hemitonum seruus Rex Adriane meum.

RESPONSVM REGIS.

Iditem & solem offendis, dum psallis vtrumque
Illum non adiens hunc etiam adspiciens.

IN NASVTVM.

Mus Hermocratem nasi, nam dicere nasum
Hermocratis paruis quid nisi magna dare est.

IN EVNDEM.

Quid manibus Pooclus potis est emungere nasum?
Namque est pro nasi mole pusilla manus
Euocat ille Iouem sternutans, quippe nec audit
Sternutamentum, tam procul auro sonat.

IN IMAGINES PHAETONTIS ET DEVCALIONIS, Male pictas.

Deucalion per te Phaëtonque Menestrate petitur
Quonam sit pretio dignus vterque rogas
Rebus vtrumque suis dignabimur: ille sub vndas
Mergendus, Phaëton igne cremandus erit.

IN CYTHARÆDVM IMPERITVM.

Vicinos iota dum psallit nocte, necauit
Simylus: incolumi sed tamen origine,
Finxerat hunc furdum natura, sed omne dextro
Qua negat auditum, viuere posse dedit.

IN PARVOS.

Hunc orbem ex atomis Epicurus credidit ortum
Illis quippe nihil credidit esse minus:
Si tunc vixisset Diophantus, is ex Diophanto,
Crederet, est ἄτομο qualibet ille minor.
Aut certè ex atomis si cætera crederet orta,
Ortas ex ipso crederet esse atomos.

IN PIGROS.

Carcere quem subiit dum Marcus abire pigratur
Non factæ cædis maluit esse reus

ITEM.

Per somnum ille piger Marcus quia forte cucurrit
Insomnis, cursus ne quoque currat agit

IN VACCAM MYRONIS.

Pastor age armentum procul hinc, ne forte Myronis
Lassetur vaccas buccula viua tuas

ALIVD.

Non cælo hæc sculpsit, sed in ære quæ longa senectus
Vertis, mendosis nunc vnus esse tuum.

ALIVD.

Ne Myron dicet nostræ non buccula deæ
Ista, sed Isidis sculptilis effigiem.

ALIVD.

Quis myron me vaccam finxit, mentitur ab æstro
Armento, nil cum vinxit ad hunc lapidem.

ALIVD.

Si Myro saxa pedes mihi deuinxisset ad ista?
Buccula cum reliquo pascerer ipsa grege.

ALIVD.

Vitule his nostris sic magis illius adsta?
An nostris nullum lac dabit vberibus.

ALIVD.

Mugiet, heu credo, quod si mugire moritur
Culpa ferri, sensu quem nescit, hæudque faber.

ALIVD.

Hic vitulus vaccæ blandisur, quam Myro finxit
Et spectat matrem non secus atque suam.

ALIVD.

Cur vrges vt progrediar? ne punge bubulce
Haud equidem ars nobis hoc quoque posse dedit.

ALIVD.

Venit abacturus vaccam sibi forte viator:
Sed, Myro, vt æs tetigit fur vacuus rediit.

IN STATVAM NIOBES.

E viua saxum me Dij fecere, facitque
Praxiteles viuam, saxea q; æ fueram.

In quemdam nomine hortum Parisiis. SVSPENSVM.

Mutauere locum miracula: pensilis hortus
Est nunc Parisiis qui Babylone fuit.

IN VENETIAS.

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in oris
Stare vrbem, & toto ponere iura mari.
Non mihi Tarpeias, quantumvis Iuppiter arces
Obiice & illa tui mœnia Martis, ait
Si pelago Tybrim præfers, vrbem aspice vtramq;,
Illam homines dices, hanc posuisse deos.

Inerti de Asino qui Æneidem discerpsit.

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus,
Hoc factum Troiæ est, aut equus aut asinus.

IN NERONEM.

Qui neget Æneæ magna de stirpe Neronem
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

HOMO E NIVE.

Ex nimbosi hodierno nostri nam fundibus ictus
Glebuli in medijs, sum periturus aquis.

ALIVD.

Frigore dum pereunt homines, ego frigore viuo.

ALIVD.

Depellunt alij obiectis sua frigora flammis
Sed mea si perdam frigora, tum morior.

ALIVD.

Frigus, doleis vita mihi est hebetata: tamen, igni
Quis sine vitali viuere posse putet?

DE IVLIO FLENTE QVOD E tribus sororibus duæ obierint.

Alius est æger, quid causæ est? maxima certe
Hen factum! gemina est mortua nempe soror.
Ratione id circo fletu consumitur? at non,
Cur igitur luget? certa recreat adhuc.

IN PAMPHILIVM.

Mittis vina mihi, Pamphili vina supersunt
Vis mage quod placeat mittere: mitte sitim.

AD MARCVM MILITEM LVSCVM ET LIPPVM.

Ex oculis superest, vnus tibi Marce duobus
Perpetuo faciem qui tibi rore rigat.

Cur tibi qui supersit mœstus lachrymatur ocellus?
In bello fratrem perdidit ille suum.

CHRISTVS IN CRVCE.

Aut amor aut furor est, quod Christe ex arbore pendis
Quin, amor, & furor est, hic meus ille tuus.

CHRISTVS AQVAS IN VINVM Conuertit.

In vinum puras Christus quod verterit undas
O plebs mirari desine, vitis erit.

IMBERBIS AD CALVVM.

Calue: meos nunquam potui numerare capillos,
Nec tu (nam nulli sunt) numerare tuos.

RESPONSIO CALVI.

Respice Calui tiem ne vide, illum rego; sed tu
Barbæ defectum non potuisti regere.

ÆNIGMATA.

EX ÆNIGMATIBVS SYMPOSII.

I.

CATENA.

NEXA ligor ferro. Multos habituraligatos,
Vincior ipsa prius, sed vincio vincta vicissim,
Et solui multos, nec sum tamen ipsa soluta.

II.

FVMVS.

Sunt mihi sunt lacrimæ sed non est causa doloris,
Est iter ad cœlum sed me grauis impedit aër,
Et qui me genuit sine me non nascitur ipse.

III.

FLVMEN ET PISCIS.

Est domus in terris, clarâ, quæ voce resultat
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes:
Ambo tamen currunt, hospes simul, & domus una

IV.

NAVIS.

Longa ferox velox formosa filia syluæ
Innumeris pauiter comitum stipata catervis,
Fertur viæ multæ, vestigia nulla relinquens.

PVLLVS IN OVO.

Mira tibi referam nostræ primordia vitæ
Nondum nasse cram, nec eram tum matris in alno.
Iam posito partu natum me nemo videbat.

VII.
TINEA.

Littera me pauui, nec quid sit littera noui.
In libris vixi, nec sum stultior inde
Exedi musas, nec adhuc tamen ipsa profeci.

VIII.
TESTVDO.

Tarda gradu lemo, speciosa prædita dorso,
Docta quidem studio, sed sæua prædita fato,
Viua nihil dixi quæ sic modo mortua canto.

VIII.
GRVS.

Littera sum cœli pennâ per scripta volantis,
Bella cruenta gerens volucri discriminè Martis
Nec vereor pugnat, dum non sit longior hostis.

LOGOGRIPHI.

EST aliud genus Ænigmatis quod hæret in vocabulis. Sumitur enim vocabulum aliquod; quod totum primò ver-

bis obscutis explicamus, seu potius implicamus vt difficile intelligatur quodnam illud sit tum partes eius percurrimus, hoc est vocabula alia in eo latentia, quæque erui possunt ex illo si diuersis eius syllabas simul iungas. Vocantur idgenus ÆNIGMATA ET LOGOGRIPHI, sed exempla melius docent vt dixi iam sepius. Sumo verbi gratiâ hoc nomen. PAPYRVS. 1. sumes totum, & Sic Papyrum describes.

Tolle nihil, peperit me fertilis ora melonis.

PAPYRVS enim nascitur in orâ nili fluuii in Ægypto, qui fluuius ab Ausonio vocatur. Iam sume tres illas literas quæ mediæ sunt inter *PA & RVS* leges *PYR* quæ vox Græce significat ignem, quare subiicies.

Deme caput, plantasq; mihi mox cuncta vorabo

(Deme caput) nempe primam illam syllabam PA, quæ capitis vicem gerit, cum sit initium dictionis, (plantasque) id est extremam syllabam quæ eundem in ea voce locum obtinet, quem pedes in homine. Additur postea.

Planta dabit segetem, si fœcundarit opimam.

Id est Rvs est in extrema syllaba eiusdem vocabuli: RVS autem si diligen-

ter colendo secundum effeceris, semente inque huic credideris quid impedit quominus segetem opimam ferat. Sed alia placet addere.

BILIS.

Vltima bella mouent. A. solus facile ardet in ira. B.

A. Lis. B. Bilis.

GLIS.

Totum dormitat, A. turbat pars pessima somnos. B.

A. glis tota hyeme dicitur dormire. B huius vocis (GLIS) pars est Lis. Lis autem somnum hominum turbat vt nemo nescit.

SVMMVS.

Me nihil est maius toto, A. sed nil minus est me Diuiso, B ventrem si tollis at esse nequimus, t.

A. nam quid SVMMO maius? B. quid enim MVRE minus aut abiectius?

C. si enim tollas vnum. M. Restat SVMVS, quod autem est non potest non esse eo modo est.

VBER.

Deme mihi ventrē omnigenis sum floxibus vber, A. Si mihi nil demas manebit lactēus imber, B.

A. Tolle enim. B. ex hac voce, VBER superetit VER.

B. Erit enim *VBER* seu mamma hoc autem notandum est, Logogriphum

gratiorem esse & acutiorem cum vocabulum ipsum inest in eo expressum ita tamen vt logogriphus explicari nequeat. Quod & sequenti acumen & gratiam addit.

PARS.

Dum totum sumes, sum nil sumes nisi partem A.
Detrahe particulam, faciemq; docebo; cuncta B.
Tu mihi deme duas partes totidemque relinque,
Bissenas tute complecti mirabere partes.

A. Logogriphus enim est de hac voce PARS.

B. Nam si demas P. supererit ARS si enim tollas duas illas partes P. & R. erit AS. As autem complectitur duodecim.

REBVS.

TERTIVM genus est quod Gallice REBVS appellatur quare vero ita dicatur, fateor me nescire. Hoc scio esse ludicra quædã ænigmata quæ consistunt modo in pronuntiatione modo in ratione scribendi.

In pronuntiatione vt in hoc.

CELEBRI DE MORTE COEGIT.

Hæc verba sunt Latina quidem sed ita coniuncta vt nemo ex iis solis sensum possit eruere. At vero si diuidas si pronuncies modo Gallico inuenies.

Epitaphium Equi.

CELE', BRIDE', MORT, ECOE', GIT.

ILLADES CVRÆ QVI MAL A CORDE SERVNT.

IL Y A DES CVREZ QVI MAL ACCORDEZ SERONT.

In scribendi ratione. Cum litteræ positæ solæ nihil aliud significant, quam nomen suum (verbi gratia) posuerit *A. B.* & voluerit significare Abbatem Gallice, vt *ABBE*, vel cum aliquid sub intelligendum est quod sumatur ex certa positione litterarum vt in hoc exemplo patet. Quidam pinxit hominem duobus asinis impositum, ita vt alterius dorso altero pede insisteret. Cum hac voce, *IE SVIS*, quid intelligendum? nisi *AV DESSVS DE MES ASNES MIS*. Non est autem magnum discrimen inter *ASNE MIS* & *ENNEMIS* eodem enim fere modo pronuntiantur.

Ita intelligendum illud Rauisii Textoris.

AD AMICVM.

est alius *seruire tenetur*
Iure *qui*
sum *seruire necesse est*
Iure tibi me

Id est. *Iure subest alius, qui sub seruire tenetur*
Iure tibi sub sum, me subseruire necesse est.

Sequitur deinde.

Te nulli cunctos videris
ante are
Cum cunctos te laude
es fero cunctis

Hoc est.

Te nulli superant cunctos superare videris
Cum cūctos superes, te laude super fero cūctis.

Ita legenda est hæc inscriptio sepulchri cuiusdam, quod est Hamburgi.

O mors cur Deus negat vitam
bé, te bis nos bis nam

Hoc est, O superbe, mors super te Deus super nos, negat superbis vitam supernam.

Ita etiam & hoc epitaphium recentius.

Ito
Casu I. O. sus. IT
Casu subito oppressus interiit.

Hæc vox CASV est, sub ITO O est præSSVS OPPRESSVS est inter I & IT.

Fiunt & pingendo verbi gratia
Siquis velit exprimere istud vocabulum, INVNDAREMVS.
Remum, pingat in aquis. INSPIRARA-

MVS. pingatur Ramus in medio funis in spiram complicati.

DEPAVPERAT verbum Latinum est sed scribat aliquis D. postea pingat palum vn. pau. mox addat P. denique murem. Pronuntiando omnia Gallice fiet hoc verbum Latinum depauperat.

VERSVS LEONINI.

Sunt versus Hexametri, vel Hexametri & Pentametri habentes rithmos in medio & in fine sibi inuicem respondentes. Siue etiam more Gallicorum versuum in fine tantum per singula districha, vt videre est in iis quæ subiiciam.

Esse, fuisse, fore, tria florida sunt sine flore,
Nam simul anne perit, quod fuit, est, & erit.

NORMANVS AD IMBERBEM.

Optat Normanus sicut tibi Barbiser annus
Hoc faciat Ianus ne videaris anus.

RESPONSIO.

Radere tu barbam memor Normane memento
Ne viloſus aper, vel videare Caper.

EPITAPHIVM CONRADI HERNOC. DIENSIS EPISCOPI.

Sic procumbo solo, sceleri dum parcere nolo,
Virtutes facta solo deus habitare polo.

ERSVS EX VOCABVLIS
quorum idem initium est,
constantes.

VGNA PORCORVM
per P. Porcium Poëtam.



Laudite proceli porcorũ pigra propago
Progreditur, plures porci p ingnadima pleni
Pugnantes pergunt, pecudũ pars prodigiosa
Pistorbat pede petrosas plerumque plateas
Pars porrecta populorum prata profanat:
pungit populando potens pars plurima plagis.
tendit punire pares prosternere parvas,
rima porcorum perfecta pectore plano
rum porci prostant pinguedine pulchri,
antes prohibent porcellas pectere parvas.
sumunt praeda petro plebs pessima pergit
tenire, prius, post prostigare parentes.
consul pasua pomorum pulle petorat
lia pro pecude praua prodesse proinda
tenire quorum pastus persapa probassi:
rum popula pacem pridem placuisse
vanam pacis prami praeconia passim.
pacem pia pacis per pandera plura
quente preces, prudens pro plebe patronus
ras praegrandis profert placidissima verba,
luisci placeat porcis, par praelia prorsum.
rima prisearum perierunt pascua patrum.

Præstat porcellis potiori pace potiri:
Præstat prælatis primam præbere palæstram,
Porro proclinii, pugnæ plebeia potestas
Proelia portendit, per priuilegia prisca
Proponens pugna porcos potuisse parenti
Prostrauisse pares, per plebiscita probari
Porcum pugnacem pecudem, præclara potestas
Perdet per porcos pugnates, pergite passim
Perdere præfectos, porci properate pusilli
Perdere pinguiculos, præfectos præcipitare,
Pigritia pollent prælati perpetuati.
Postquam plebs pertæsa potentatus penetrauit
Præcipiti pede porcelli petiere pusilli
Pugnando properare prius, pessundare patres,
Præstituunt personatos præcurrere porcos
Propugiles, porro plenum pinguedine putri
Prælatum porcum pistrino pinsere panem
Præcipiunt per posticam, per pervia portant.
Propterea properans proconsul poplite prono
Præcipitem plebem pro patrum pace poposcit
Perstat pauulisper, pubes preciosa, precamur
Pensa profectum parum pugnæ peragenda
Plures plorabunt, postquam præcelsa premetur
Prælatura patrum; procelli percutientur
Passim, postea quam pingues porci pervient.
Propterea petimus præsentem ponite pugnam.
Per pia porcorum petimus penetralia post hæc
Prælati poterint patrata piacula parce
Perpetrare procul postponite præclia prava
Præ prælatorum pœnis patientia præstat.
Plebs porcellorum partes præcone parato
Portis prælatis proponit particulares
Pacis particulas: patent præsentia pacis
Porcorum populo, porcorum posteritati.
Principio petimus præhiens perpetuatos
Postponi, propter pia priuilegia patrum,
Porcellos patuit pariformi pondere pastos
Porcis persimilos, porcos præstare pusillos,
Propter pulmonem, propter penetrale palati,
Pars parui porci prunis plærumque perusta

iacipibus primis poteratu, porro putrescent
orum pectus putri pinguedine plenum
iicitur passim, partim propesse putantur,
pterea porcis prælatis præcipitatur.
g ea porcelli præfectos præcipitare.
Pro prælatura porci pugnare parati
ssiliunt, pars prato petit pars prona paludes,
dit præcipuo protervæ petentia plausu,
n porcelli pulchre per prata perurgent
gniculas properare procul, penetrare parati
portas pustulas, porcos persedere pergunt
ternum pinguedo potens prohibet properare.
Propterea pacem proponunt, pareire porcis
rcelli, postmodo potiemur pace perenni,
pterea pulcher porcellus præco politus
spiciens patres pronos prætata profari,
spiciens positos prædæ, positosque periclo,
positum pandit, pacem perferre potestis?
rcit prælatis; procerum pondus puerile
ulgare parum propter plærosque putatur
fingunt pacem penitus post pacta peractæ,
uit pro pacto pignus proferre potentes
pacis praxi, potiora pericula pensent
rcelli portent pignus, pax pacta placebit.
Princeps porcorum propria pro plebe pedestris
cumbens, pene perplexus, prælia propter
liferi populi, promisit præmia pulchra
ltem pomorum: propenam puluere pisti
stilli, partem placentæ posterioris,
ula profundæ perquam preciosa paludes,
cum prægrandem placido pro pignore prebet
mulgans plena porcellos proprietate
fficturarum posthac pertingere palmam.
ro porcelli pinxere prohœmia pacis
niculis paribus, pateat pax posteritati.
Porci prælati placido pacto pepigerunt
rpetuam pacem, posthac præcedere parnos,
rcellos porcos putri pinguedine plenos
ar posthac porcis passim pugnare pusillis
n pomis putridis, pro portæ posterioris

Prouentu pingui, postrint purgare plateas
Prolixe potexint pomaria participare
Partiri prædas, patulas peragrare paludes,
Proclamaturi porcelli pectore pleno,
Postquam proripitur procellis per peregrinos
Postquam percipiunt pede prehendi posteriori
Plaudite porcelli, plebes preciosa, perenni.
Parta pace parata procul præludia pulchra,
Pompas præcipuas, proscenia publica palmæ,
Purpureos pannos, picturæ pandite pulchræ
Progeniem puleam porcellorum perbibentes.
Priuentur plateni, priuentur pondere pingui
Porcelli, passim pomaria prosilientur,
Palmarum prorsus plantaria præripiatur
Pendula prosilient, pertentur pace parati
Palmarum pulei procedat pulchra propago
Pacificatorum porcellorum penetranda
Planicies patriæ passim peragrandi plateæ
Plantæ progeniem plateatim proliciantur.

Portetur per præcipuos præco peramænus
Paois perfectæ præmia præconia pacis
Publicitus, prona procumbant poplite purci
Porcelli patriæ patrimoi profiteantur.

Porro præcedat porcipingerna paludes
Pocula, propinans plenissimæ, pabula præbens
Pulmenti putris pro proprietate palati
Pro præcone potens palea pistura poretur
Proluuies pepli palluti, portio pinguis
Pleni potoris promentis particulatim
Pocula præsumpta, prægustatos patinarum
Pullos, perdices, panos, porcos, pipiratos.

Præterea patrig per prima palatia pergut
Persuadens populo porcellorum pietatem,
Plaudant porcelli, porcæ per plaustra perennum,
Per patriam patulo processu perspiciatur:
Pistorum porci propa pistrinum patiantur
Perpetuus panar, præsarnati propæ postes,
Perturbent pueri porcos, pana percutiendo,
Propellant porcos pulchro per prosa puellæ
Pertractent pannos porcellos pollice prono.

Procumbent, pilas patiuntur pestine pesti.
Plaudite porcelli, pistorum plangite porci
Pistores pascant porcos pastu palearum
Percussos partim pedibus per plurima proba
Partim proiectas petuis pugnisque petaque
Pastores pascant porcellos prosperitate,
Præcipua peragrantes prata patentia passim
Postridie postquam porcelli pace potiti
Præsumere patres protervo pungere passim,
Prælia prædicta pugna populis perhibentes
Plurima porcorum pensans præsaga potestas
Proposuit primo palmo prescribere pondus
Pedifcræ plebi parcalium padetenim,
Proposuit pedites pracio pro posse parare
Porcos prædones per pagos perque paludes
Pungentes pectudes promuscida, phamaque passim
Perferrent, properanque pecus proclive, proinde
Peficitur pennæ procurator peracutus:
Omens pugnaces porcos pectudesque papyro,
Promittunt posito pede prafectis properare
Prescripto pugilum pugnam præstare parati
Præcipuum: prono præcipiant princeps pugilesque
Porro prouentus precii plerisque parantur,
Procurrunt porcorum precii plerisque parantur
Placant pellicitis, proh, pauperos peregrinos
Profiliam parant propinoque penu potiores
Prestituunt prædas, proponunt postea plebi
Insoluendarum propinarum paractosim
Pugnaque protrahitur porro porcus philomusus
Pedotriba pusillorum per parisienses
Promotus, pagi pastor, parochusque paludis
Palum perdoctus pariter producere Petrum
Contrahebatur proh perdita pectora plena
Perfidiæ: pudeat perceptæ præmia prædæ
Plebi præripere, peccato pernitioso
Peccatis prodest profusa pecunia, prodit,
Pudet prædones: postquam pensent peregrini
Præmia pro pugnæ parvata, proque periclis.
Personuit parochus pergens proponere plures
Pusilli partes, porro princeps pugilesque

pestiferum parochum proclamabant perimendum
pseudo euangelicumque probabant, precipitandum
ponto, preterea plus preuenisse periculi
persuasu parochi, plus ponderibus pauimenti
portæ præcelsę plus pulueribus platearum,
protestabantur pœnis plectendum poste patente
ponendum prope prunas, particuliſque peruſtis
profundo putei profundo precipitandum.
publicitus pusiles prædicta piacula patrant
plebsque putat pulchrum philomusum perdere porci
proinde preces princeps proponis plebsque parata
promittit parere piis precibus pugilesque
partiri pergunt propinant: perficiunt que
perfidiam, pauci prohibent peccata patrari
pro placito pugilum, plecti plerique putantur
propter perfidiam propalatam peregrini.

poſtquam porcelli precperunt peregrinos
primari precio, prolixe penficulando
publicitus propere procurrant præmia pugnæ
proponi porcis paganis, perſoluturus
proſtat præco potens, plures præcurrere porci
prætendunt, prohibetque pedo plus percipientes.

poſtquam pellecti precio porci peregrini
præſidium pugna præbebant, precipitare
pugnam pergebant porci, porro properabant
partim pingueculi partim putredine pleni
prouecti plauſtris, partim pedites properabant.
porro porcelli præcperunt peregrinis,
plauſtra penetrando porcos proſternere pingues
produsique palam pendendos poſte potente.

propterea pedites prudenter progredientes
perturbauerunt proiceruntque potenter
plauſtrum porcorum, predaque potente potiti
precipuos parcos protaxerunt plateatim,
porro porcorum proſpecto principe primo
præco potens partis propinauit perimendum
plectendum pœnis, pendendum peſte patente.

porro pauca peti princeps proferre priuſquam
perficiet placitum preconis plebs pileata,
permittique parum propencre, proinde proſatur

Parcite porcelli: prisca pulamus
[illegible] prisca [illegible] plura parentes
[illegible] pro patria pugnat; pia vela [illegible]
n populo proferre pio, pro plebe parati
anas pauperiemque pati, possunt pietatem
ublica plana parentum Pyramidesque probare
nmeriti pulchre per præmia picta probantur
ropterea pensate precor, pensate periclum,
arcite perdendo, pietatem perficientes.

Postquam perfecit princeps prædicta parumper
laruns percutiensque palam pectus peramæ pum
fert parcendum ploranti præco politus
ropter progeniem, propter preciosa potentum
rum privilegia, prognatumque profanus.
ognie propria princeps præcoque proinde
runt pacifici populo prope prospiciente,
latos pariter, prælatis participari,
ivi prædas: porro promiscua plebes
nterea profert, pereat prælati praua.
quam parturiunt præclara penaria prædas.
ficiunt pacem pariter, patitur populusque.
taquam patuit præcepta pecunia plebi.
ngunt priuatim procerum præcordia pacem,
ffunt periuro periuria plura patrantes
nterea porci, porcelli plebs populusque
hac principibus prohibent producere pugnam.

FINIS.

TABVLA EORVM QVÆ IN HAC SYLVA CONTINENTVR.



Crosticha
Acrostichis simplex,
Acrostichis duplex,
Acrostichis duplex cum duplici Rhombo
Acrostichis triplex,
Anagrammatismus
Aenigmata
Antisticha,
Ara,
Centones,
Echo,
Elogium M. Lutheri,
Epigrammata,
Epitaphia,
Epitaphia ludicra,
Eteosticha,
Logogriphi,
Organum,
Protei,
Rebus.
Varia carminum genera,
Versus Correlatiui,
Versus Leonini,
Versus monosyllabis cœpti & finiti,
Versus monosyllabis finiti
Versus Retrogradi
Versus Rhopalici,
Versus ex vocabulis quorum idem est initium constantes,

FINIS.

INDEX.
ALPHABETICVS EORVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

A

Aron, *Vide Sancti* 497
Abdere. *V. Occultare* 27
Abel, *V.*
ncti, 497
bies. 33
bire. 310
bluere, *V. Lauare*, 323
braham, 497
bscedere, 310
bsconderc, *V. Celare*, 129
bundantia *V. Copia*, 147
bundare, 148
ccipiter, 77
ccumulare, *V. Cumulare*, 161
ccusare 314
cernus, *V. Cumulus*, 161
cheron 291
chilles 201
cies, *V. Fabra* 127
cies, *V. Arma* 47
culeus, *V. Calcar*, 217
dam 497
Adamas 278
Adiuuare, *V. Auxiliari*, 93
Adire 310
Admirari, *V. Mirari*, 362
Adolescens, 3
Adolescentia, ibid.
Adorare, *V. Deum adorare*, 193
Aduentare, *V. Venire.* 351
Adulari, *V. Blandiri*, 119
Adulter, 310
Adulterari, ibid.
Adulterium, ibid.
Aduocatus, *V. Causidicus* 129
Acacus, *V. Infirmi iudices.* 296
Aedes, *V. Domus*, 198
Aedificare, 73
Aeger, *V. Morbidus*, 371
Aegrotus, *V. Morbidus.* ibid
Aeneas, 201
Aeolus, 172 & 786
Aequator pro sydere, 64

Aequor, v. *Mare* 347
Aër, 1
Aës, 41 & 43
Aesculapius, v. *Medici illustres*, 373
Aesculus, 36
Aestas. 43
Aestatis tempore ibid.
Aestus, v. *Calor*, 280
Aetas 2
Aetas aurea 7
Aetates hominũ vtriæ, 2.
Aether, pro aëre, 1
Aether, pro cœlo, 137
Aethna 367
Aeuum 2
Affirmare, v. *Iurare*, 316
Affligere, & afflictus, 6
Africus 584
Agamemnon, 201
Aganippe, v. *Fons Aganippeus*, 243
Ager 6
Agger v. *vallum*, 556
Agmen v. *Castra*, 125
Agna, v. *Ouis*. 112
Agnoscere, v. *Cognoscere*, 137
Agnus, 112
Aiax Oileus, 102
Aiax Telamonius ibid.
Agricola 31
Ahenum 369
Alæ, v. *Animum alę* 35
Alauda, 98
Alba vrbs 610
Albus, & Albedo, v. *colores varij*, 108
Alcide, v. *Hercules*, 178
Alecto, 194
Alere v. *Nutrire* 4
Ales, v. *Angelus*,
Ales, v. *Auis*, 7
Alexander, 2
Aliger
Allium
Alloqui, v. *Loqui*,
Alpes,
Altare v. *Arcą*,
Altus,
Aluus v. *venter*,
Amabilis
Amaranthus
Amare,
Amator
Ambire,
Ambitio, v. *vanitas*,
Ambitiosus, v. *vanus*,
Ambulare,
Amens, v. *Stultus*,
Amica, v. *Amicus*,
Amicitia, v. *Amor legitimus*
Amnis, v. *Fluuius*,
Amor lasciuus
Amor legitimus, ibid.
Amore incendi,
Amori resistere
Amphion, v. *musici insig.* 387
Amplecti
Amplexus
Anchises, v. *Heroes*,
Anchora
S. Andreas v. *Sancti*
Aeoli,
Anemone
Angelicus cœtus
Angelus
Angelus custos

Angelus Gabriel ibid.
Angelus Michaël 14
Angelus Raphael ibid.
Anglia & Angli, *v. Nationes* 392
Anguilla 448
Anguis, *v. Serpens*, 515
Angor *v. doleo.* 196
Anhelitus, *v. Halitus*, 264
Anas, 78
Anima, 15
Animæ, manes, *v. Inferni manes*, 290
Animal, 17
Animare, *v. Horrari*, 272
Animus, 16
Annibal, 206
Annus, 18
Anni vnius periphrasis, ib.
Annorum, 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 30. 40. 50. 100. 200. 300. 1000. Periphrasis 18. 19. 20.
Anni infiniti, 21
Anni tempestas, ibid.
Anser 78
Antemor, 203
Antipodes, 69
Antrum, 26
Anxius, *v. Sollicitus*, 523
Appelles, 442
Aper, 182
Apes 117
Apex, 170
Apollo, 124
Apellere, *v. nauem appellere*, 496
Aprilis 186
Apropopinquare, 342
Aqua, 28
Aquam dare manibus, 29
Aqua lustralis, ibid.
Aqua in vinum versa, 29
Aquis immergere & gi. ibidem.
Aquarius 66
Aquila 78
Aquilo, *v. ventorum nomina*, 582
Ara 454
Arabes 392
Arabia ibid.
Arachne 349
Aranea 116
Arar. 238
Arare 30
Arator, ibid.
Aratrum 31
Arbor, 32
Arborem inserere 39
Arborem propagare, ibid.
Arborem plantare. ibid.
Arbor pullulans. 39
Arbores variæ 33
Arboris partes, 32
Arbustum & arbusta, 37
Arcadia. 397
Arcades. 393
Arctos. 67
Arctophylax 68
Arcturus 67
Arcus 42
Arcus cœlestis 342
Ardea. 80
Ardere, 280
Ardor. ibid.
Ardens 280
Argentina 620
Argentum, 358

Argonautæ, 265
Arguere, *V. Redarguere*, 478
Ariadne, 350
Aridæ, *V. Siccus*, 320
Aries pro sydere, 62
Aries tormentum bellicū, 100
Arion, 387
Aristæ, 509
Arma, 41
Armare, & armari, 40
Armatus, ibid.
Armentum, 17
Armis præstans, *V. Bellis ornatus*, 98
Armorum fragor, 42
Armorum fulgor, ibid.
Armorum genera, ibid.
Arrogans, *V. Superbus*, 516
Ars, 52
Artes liberales, ibid.
Artes contemnuntur, 52
Artifex, ibid.
Artes quędam mechanicæ, 53
Arundo, 218
Arundo, *V. Arma*, 31
Aruspex, *V. Augur*, 73
Aruum, 7
Arx, 308
Ascanius, 163
Ascendere, *V. Scandere*, 367
Asellus, 167
Aspernari, *V. Cōtemnere*, 147
Aspicere, *V. Videre*, 372
